




1
6
115










1. 6. 115

VII
MANCIN.
Epigr. et al.
7

ANT. MANCINELLI

De parentum Cura in liberos. Ad ·D. Iustinum Carosium·

De Filiorum erga parentes Obedientia, Honore, & Pietate·

Primus Epigrammaton Libellus: Ad ·D. Gabrielem Fanensem·



¶Ant. Mancinellus Veliternus: Cuiq; parenti Cuiq; Filio, Filiæq;: & Præceptoribus.

¶Parentum incuria, Liberorum improbitate Offensus: quid illi: quid hi agere debeant: collegi. Et quoniam summa Scriptorum auctoritas, dignitas, & maiestas, magis ac magis mouere solent: illoru3 præcepta, sententias, & uerba excerpsi. Diuisimq; dicta cuiusq; loco suo notaui. Quibus cognitis, atq; obseruatis, Parentes in liberos diligenti cura, liberi in parentes summa diligentia, honore, & pietate utentur. Vale lector: & me dilige: eiusmodi præceptorum executor. Doctores aũt in Scholis eade3 Pueris, adolescentibusq; die quoq; (ut ipse quide3 soleo) interpretenť: Sic enim dum Filii sunt parentibus obsequenť: Sic ubi Patres erunt Filiorum curæ inuigilabunt. Hæc Oruieti (quæ urbs est & ciuitas Hetruriæ inclyta) Nono Calendas Februarias. Anno Salutis. MD.

Ex Quibus Auctoribus.

Plutarchō Tit. i.
Quintiliano. Tit. ii.
Platone. Tit. iii.
Aristotele. Ti. iiii.
Aulo Gellio. Tit. v.
Xenophonte. Tit. vi.
Victruuio. Tit. vii.
M. Tullio. Tit. viii.
Q. Curtio. Tit. ix.
Diogene Laertio. Tit. x.
Suetonio. Tit. xi.
Plynio Auunculo. xii.
Plynio Nepote. xiii.
Salomōne. Tit. xiiii.
Ecclesiastico. Tit. xv.
Paulo aplo. Tit. xvi.
Lactantio. Tit. xvii.
Au. Augustino. Tit. xviii.
Hieronymo. Tit. xix.
Isidoro Tit. xx.
.P. Vergerio. Tit. xxi.
Vergilio Tit xxii.
Iuuenale. Tit. xxiii.
Claudiano. Tit. xxiiii.
Horatio. Tit. xxv.
Mancinello. Tit. uxxi.

¶De Parentum Cura In Liberos: per
Ant. Mancinellum Veliternum.

¶Ad Inclytum Virum, Iustinu; Carosium, Vtriusq
Iuris Doctorem eximiu;: Ciuemq Veliternum Illu-
strem: Consistorii, Fisciq Aduocatu; pstantissimum.

Quo ritu Soboles, quibus instituenda parenti
 Moribus: edocuit Graius, & Hesperius.
Pene simul cunctos olim Iustine coegi:
 Ne rudibus latitent: quæ latuere diu.
Ipse parens igitur Natorum commoda norit:
 Hi uero colitur qua pietate parens.
Hac ratione uelis Sophiam Vincentius, atq
 Tullius euoluant, Natus uterq tuus.
Te duce Gymnasium rursus mihi contigit urbis:
 Me duce Filiolis hæc monumenta tuis.

¶Ex Plutarcho de Liberis Educandis. Titulo primo.



Iquis illustrium esse filioru; pater optat: id ei proponendum arbitror: ne uilibus Aut abiectis sese deuinciat Mulieribus: quales meretrices sunt: aut pellices. Quibus eni; ulla ex pr̄e, uel matre, innata est macula: Eos quoad uita supersit: Indelenda quædam gnobilitatis conuicia comitatur. quæ increpare, carpereq uolentibus, in promptu magnopere sunt. Pulchræ igitur libertatis, ac licentiæ thesaurus est: Bonis procreatu; esse parentibus. Quæ res, his plurimi fieri debet: qui legitimam exoptant sobolem.

¶Qui se Mulieribus generandæ gratia Sobolis admouent: Ii omnino sobrii, aut uino saltem modestissime delibato, congressum faciant. Quibus enim ex initio ut a genitoribus per ebrietatem seminarentur: accidit

Ii uini auidi/ac temulenti nimiꝗ esse solent. Ea ꝓpter quum Diogenes/quendã ex temulentia alienatæ mentis Adolescentulum desipere cerneret: Adolescentule inquit:ebrius te seminauit pater.

Ebrius

¶ Consuetudo est: quæ longæua permaneat. Qua in re unicum sumatur exemplum. Lycurgus ille spartanoꝝ legis lator geminos ex iisdem parentibus catulos suscipiens haud similibus educauit moribus. Alterꝝ enim Heluonem/luxuriaqꝫ solutum: Alterum indagine sagacem/& uenationibus idoneum reddidit: Postea quum aliquando Lacedæmonii unum in locuꝫ conuenissent: Ad parandam inquit uirtutem uiri Lacedæmonii ingẽs est momentum consuetudo: disciplina:doctrina: & uitæ institutio. quæ uobis illico manifesta uæhementer esse faciam. Duos subinde catulos adducens quuꝫ hollam in medio. Leporemqꝫ coram eis posuisset: Alter quidem in Leporem: Alter in Hollam magno erupit impetu. Quum autem Lacedæmonii nonduꝫ quidnaꝫ id sibi uellet/coniectarent: Aut quam ob rem Catulos ostentasset: Hi ambo dixit iisdem orti parentibus:cæterum diuersam uitæ consuetudineꝫ assecuti: Alter gulosus: Alter uenator euasere.

Consuetudo

Catuli duo

¶ Danda præsertim opera:ut Matres filios educent:eisqꝫ hubera porrigant: Maiori enim cum charitate/& impensa magis diligentia nutrient. Nutrices uero suppositam quandam/& ascriptitiam beniuolentiaꝫ habent: ut pote mercedis gratia diligentes. Quod autem matres ipsæ quos genuerint nutrire/alereqꝫ conueniat: ipsa etiam natura demonstrat:nam idcirco lactis alimenta suppeditauit: Duplices autem mulieribus mammas addidit:ut si gemellos pepisse cõtigerit:duplices ad alẽdũ fontes haberẽt. Si uero id facere nequerint matres Nutrices non uiles/uerum quãmaxime idoneas/probasqꝫ/suscipiendas esse censeo. Primuꝫ quidem moribus instructas patriis: Sicut enim Infantium membra

Educatio materna
Nutrices quales

Æmulac nati sunt: formari/componiq; debent: ut recta minimeq; obliqua fiant: Ita puerorum mores principio apte/concinneq; fingere conueniet. Illa nanq; nouella ætas ad fingendū facilis/& tenera est: & ipsorum animis du3 molles adhuc sunt: disciplinæ melius instillantur. Difficilius auté quæ dura sunt molliuntur: ita & doctrinæ dum puerilis adhuc animus est/insculpuntur. Pulchre igitur Phocilides poeta monuit: Dum tener est gnatus/generosos instrue mores:

Aetas tenella

¶ Illud etiam ne omittatur dignum est: ut Adolescentulos: qui alumnis conuicturi/ministraturiq; sint: tales in primis inqramus: ut bonis ueniant instituti moribus. dehinc ut patrium sermonem/ac expedita pnuntiare uerba sciant: ne barbaris uocibus/aut deprauatis moribus intincti/aliquod ex iis uitium reportent. Haud est ab re illud usitatum Sermone prouerbium: Si claudo uicinus habitaueris: & ipse claudus ambulare disces.

Pædagogi

¶ Inquirendi filiis pceptores: quorum uita nullis obnoxia criminibus: irreprehēsi mores: & optimū expimētu3.

Præceptores

¶ Antiquus ille Crates: ubi in altissimam urbis partem conscendisset (si liceret) uociferaturum se aiebat: Quo ruitis homines: qui omne in comparandis pecuniis studium facitis: Filiorum uero quibus eas relinquetis: Nullam sane curam suscipitis.

Crates

¶ Honesta uitæ regula/& legitima sit Eruditio: hæ quippe sunt: quæ ad Virtutem ac beatitudinem plurimum ferant adiumenti. Iccirco Socrates Gorgiæ perconctanti/An Persarum Regem felicem esse putaret: Nescio inquit/quantum habeat uirtutis/ac disciplinæ. perinde ac in iis non aūt fortunæ bonis persistat btitudo.

Eruditio

Socrates

¶ Increpandi pleriq; merito sunt parentes: qui pædagogis/atq; præceptoribus filios ita cōmittunt: ut quid ii discant: neq; uideant: neq; protinus audiant: qua in re plusq̄ opus sit delinquūt. Cu3 ipsi paucos intra dies experimenta suscipere/ac tentare debeant: non autē in

Parentum cura

Pueri tētādi

mercenarii dispositione spe℥ suã collocare. Nam & il-
li maiorem puero℞ curam / ac diligentiã facturi sunt:
quum ratione ubiq₃ reddituros se fore scient. hoc itaq₃
loco gnosum illud / lepidũ uc Stabularii dictũ notabit:
q nulla alia re equũ adeo pĩguescer / q̃ regis oclo dixit.

Oculus dñi

Memoria

❧Super omnia puero℞ memoria exercenda: ea eni℥ di
sciplinæ quasi quædam cella penaria est: quam ob rem
Memoriam esse matrem Musa℞ tradit in fabulis.

Mentiri

❧Pueri uera proferre consuefiant: Mentiri enim seruile
est uitiũ: & a cunctis mortalibus odio insectandum.

Iuuenum peccata

❧Iuuenum quidem peccata immensa plerunque sunt: &
Miseria℞ plena. Ventris imodestia paterno℞ bono-
rum expilatio: Aleæ: saltandi proteruia: Ebrietas: Amo
res uirginum: Mulie℞ corruptiones: Adulteria. Ho℞
impetus omni cura & diligentia coercendi / reprimen
diq₃ fuerant: Petulantẽ enim uigore℥ ætatis non facile
ab uoluptatum obseruabis incursu. Prudentes itaq₃ pa
tres hoc potissimũ tempe summa custodire uigilantia
oportebit ut adolescẽtulos ad modestiam inducant / in
struant minentur: rogent: consulant: polliceantur.

Parentes uigilent

Consortia

❧Generati℥ aũt liberos nr̃os flagitioso℞ hoiu℥ cõsortio
segregare decebit: co℞ enim malignitatẽ reportant.

Parentum mansuetudo

❧Parentes omnino asperos / & natura esse durissimos /
nolo: at præterito℞ nonnullis peccato℞ concedendã
interdum esse ueniam ducant: seq₃ iuuenes aliqñ fuisse
meminerint. Q ueadmodu℥ medici amara quædã ue-
nena dulcibus miscentes humoribus / comitẽ utilitatis
amœnitatem inuenerũt: ita & patres increpationu℥ ri
gorem mansuetudine temperent / [illegible] necesse. puero℞
namq₃ desideriis remittendæ interdu℥ habenæ: non ni
hilq₃ laxandæ: qñq₃ rursus intendẽdæ. Leuia p. æsertim
delicta molli ferant animo: Sin aduersus ipsos excan-
duerint illico timorẽ animi deponant: parentem eni℥
celeres q̃ graues suscipere iras præstat.

Increpatio qualis

Puerorum habenæ

Parentũ iræ

¶ Enittendum est:ut qui libidinibus succumbunt: & incre pationibus oĩo rebelles existunt:cõnubio subiungan tur: Hoc siquidez tutissimũ iuuentutis est uinculuz. Eas aũt despondere filiis uxores cõueniet: quæ nec multo nobiliores, ac ditiores sint. Sapiẽtia refertum utiq; pro uerbium: Aequalem tibi mulierem ingre: Nam q se ip sis longe ampliores capiũt uxores: nõ earum maritos uerum dotis mancipia, fecisse se nesciunt.

Lasciuis detur uxor

Sponsa q̃lis Pictaci consilium

¶ Ante omnia opus est:ut patres nõ solum nihil peccã do :uerum etiã honesta singula peragendo, manifestũ se filiis exemplar exhibeãt:ut in eoꝝ uitaz, quasi quod dã speculum intuẽtes, ab opeꝝ simul & sermonuz tur pitudine se penitus auertant. Nam siquis delinquẽtes obiurgat filios:tum is in eosdez illabatur errores: hic ignorare uidetur: sub illoꝝ noĩe sua se incusare crimi na. Et ut succinte dicam: Qui uita imꝑbe degũt: ii nul lam in seruos aut liberos increpandi licentiã agũt. Et ubi impudens est senectus:ibi & inuerecũdos esse iu uenes est necesse. Ad cõparãdam igit filiis modestiã dãda opera est:ut omnia ꝑ reꝝ conueniẽtia ꝑficiãtur Imitemur autem potissimũ Euridicen:quæ q̃uis illy rica, & barbarissima foret mulieꝝ:ad erudiẽdos tñ li beros, quanq̃ in ætate iã ꝑuecta, studiũ ac disciplĩaz at tigit. Hactenus ex Plutarcho de liberis educãdis. Subii ciã. M. Catonis exẽplũ ab eodẽ in illius uita meõratuz.

Parentum exempla

Reprehen dens alios

Improbi

Modestia filiorum

Euridice do cuit filios

¶ M. Cato filium: quum primum per ætatem intelliger potuit: Litteris erudiuit: tam & si Chilonẽ Gratiosum Seruum Grammaticum haberet: qui compluribus pu eris ludum aperuerat: indignum (ut ipse perhibet) ra tus filium suũ: si discendo tardiusculus esset: ab eo qui seruiret, reprehendi: ac aurem distorqueri. Doctrinæ huius quoq; Causa Mancipio debere Gratias noluit. Ideoq; ipse Litterarum Præceptor fuit: Ipse leges edo cuit: Ipse exercẽdi corpis magister nõ modo iaculãdi tractãdi arma: & eqtandi: sed etiaz pugno dimicandi:

Cato

Catonis artes

Catonis sermo

Balneum

& calorem & frigus tolerandi: ac rapidos gurgites/ & asperrimos fluuios intrandi artes instruxit. Ab uerborum turpitudine pñte puero sic tempauit:quasi uestalibus uirginibus arbitris locuturus esset. nec cũ eo unq̃ lauit. id quod ab Roãnis factitatuȝ est. Generos enim cum Soceris balneũ ingredi uitio dabant:qm̃ mẽbrorum nudationẽ inspectãtibus illis cũ decore fieri non posse iudicarent. Oĩa igitur q̃ ad ingeniuȝ & solertiã filii ptinerent Cato ex sñia perfecit. Hæc ille. Conemur itaq; & nos erga filios/tales esse:qualẽ se Cato erga filium pstitit:Nos illos p uiribus doceamus: ne turpia ludant obseruemus: Exẽpla iis optima pbeamus.

¶Ex primo libro.M.Fabii Quintiliani. Tit.ii.

Nutrix q̃lis



Ato Filio Pater spem de illo primum q̃ optimaȝ capiat: ita diligentior a/principiis fiet: Ante oĩa ne sit uitiosus sermo nutricibus curã impendat: quas (si fieri posset) sapiẽtes Chrysippus optauit:certe q̃ntum res pateret/optimas eligi uoluit. Et morum qdem in iis haud dubie prior ratio est: Recte tñ ẽt loquãt:has primũ audiet puer: harꝝ uerba effingere imitando conabit. Et natura tenacissimi sumus eorꝝ:quæ rudibus annis percipimus:ut sapor/quo noua imbuas durat. Nec lanarum colores: quibus simplex ille candor mutatus est: elui possunt.

Sapor

Parentum eruditio
Cornelia
Lælii filia
Hortensii filia

¶In parẽtibus uero quãplurimũ esse eruditiõis optauerim:uerꝝ nec de pribus tm̃ loquor:nã gracchorꝝ eloquẽtiæ multũ cõtulisse accæpimus Co[illegible]eliã mrẽm: cuius doctissiũs ẜmo ĩ posteros quoq; ẽ eplis traditus.et Lælii filia reddidisse in loquẽdo prñã eloquẽtiã e[illegible]egantioreȝ dr̃. & .Q .Hortẽsii filiæ oro apud triũuiros habita legit̃ non tm̃ in sexus honorẽ. Nec tñ hi quibus discere ipsis nõ contigit: minorẽ curã docẽdi liberos hñant sed sint pter hoc ipsum ad cætera magis diligentes.

¶ Pædagogi aut sint eruditi plane: quam primã esse curam uelĩ: aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius est his: q paulũ aliquid ultra primas lrãs pgressi: falsam sibi sciæ persuasionẽ induerunt: Nã & cedere pcipiendi peritis indignãtur: & impiosi, atq interim sæuientes: stultitiam suã pdocent. Nec minus error eorũ nocet moribus: Siquidẽ Leonides Alexãdri pædagogus (ut a Babylonio Diogene tradit) quibusdam eum uitiis imbuit: quæ robustum quoq, & maximum Regem ab illa institutione puerili sunt psecuta. Pædagogi Arrogantes Leonides

¶ A, sermone græco puerũ incipere malo: quia latinus qui pluribus in usu est: uel nobis nolentibus se phibet simul qa disciplinis quoq græcis prius instituẽdus est: unde & nostræ fluxerũt. Non tñ hoc adeo supstitiose uelim fieri: ut diu tm̃ loquat græce: aut discat: sicut plerisq moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinũ sonũ corrupti: & sermonis. Non longe itaq latina subsequi debent: & cito pariter ire. ita fiet: ut cum æquali cura linguam utranq tueri cœperimus: neutra alteri officiat. Græca Latina

¶ Non sum adeo ætatũ imprudens: ut instandũ teneris ptinus acerbe putem: exigendãq plenã operã. nam id in primis cauere oportebit: Ne studia: (qui amare nondũ põt) oderit: & amaritudinẽ semel pceptã etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit: & rogetur: & laudetur. aliqñ ipso nolẽte doceatur alius: cui inuideat: contendat interim: & sæpius uincere se putet: præmiis (quæ capit illa ætas) euocetur. Docendi suauitas Aemulatiõ

¶ Hi quoq uersus: (q ad imitationẽ scribẽdi pponent) non ociosas uelim sentẽtias habeant: sed honestũ aliquid monentes: psequitur hæc memoria in senectutẽ & impressa animo rudi usq ad mores pficiet. Etiam dicta clarorum uirorum, & electos ex poetis maxime (nanq eorum paruis cognitio gratior est) locos ediscere inter lusum licet. Versus scribendi Electa discantur

Præceptor qualis

¶Si non cæca ac sopita parentum secordia est & præce
ptorem eligere sanctissimũ quenq;:cuius rei pcipua pa
rẽtibus cura est: & disciplinam,quæ maxĩe seuera fue-
rit:licet. Et nihilominus Amicũ grauẽ uirũ, aut fidelẽ
libertũ,lateri filii sui adiungere :cuius assiduus comita
tus etiam illos meliores faciet:qui timebuntur.

Custos

Indulgentia parentum

¶Vtinam liberorũ nostrorũ mores nõ ipsi perderemus
infantiam statim delitiis soluimus.mollis illa educatio
quam indulgẽtiam uocamus neruos oĩs & mentis &
corpis frangit:Quid nõ adultus cõcupiscet:q in pur-
puris repit?Non dum prima uerba exprimit: iã Coccũ
intelligit:Ante palatũ eorũ q̃ mores ĩstituimus:Gaude
mus siqd licẽtius dixerint. Verba ne alexãdrinis qdem
pmittenda delitiis ,risu & osculo excipimus:nec mirũ
nos docuimus:ex nobis audierunt:nostras amicas,no
stros cõcubinos uidẽt. oĩe cõuiuiũ obscænis cãticis
strepit.pudẽda dictu spectant: fit ex iis cõsuetudo: de-
inde natura.Discũt hæc miseri anteq̃ sciant uitia esse.
inde soluti ac fluentes non accipiunt in scholis mala
ista: sed in scholas afferunt.

Parentum exempla

Præceptoris turba

Præceptor amicus

¶Nec ego tñ eo mitti puerũ uolo:ubi negligat:sed neq
præceptor bonus maiore se turba q̃ ut sustinere eam
possit:onerauerit:Et ĩ primis ea hñda cura est: ut is oĩ
no fiat nobis faĩliariter aicus:nec officium in docẽdo
spectet: sed affectum: ita nunq̃ erimus in turba.

Schola petat

¶Hoc potissimũ loco tractãda questio est: Vtilius ne sit
domi atq; intra priuatos parietes studentẽ continere:
An frequentiæ scholarũ,& uelut publicis pceptoribus
tradere. Ante oĩa futurus orator:cui in maxĩa celebri-
tate,& in media republica uiuendum est: assuescat iam
a, tenero nõ reformidare hoĩes:neq; illa solitaria, &
uelut umbratili uita idest domestica pallescere. Excitã
da mens, & attollẽda semp est q̃ in hmõi secretis aut
lãguescit:& quẽdam uelut in opaco situ ducit: aut cõtra
tumescit inani psuasione.mitto aĩcitias(in schola.s.cõ

Diuitiæ

tractas) q̃ usq; ad senectutẽ firmissime durãt/ religiosa qdã necessitudine ĩbutæ. Adde q; domi ea sola discet pōt: q̃ ipsi pcipient: in schola ẽt/ q̃ aliis. Audiet multa quottidie pbari: multa corrigi: pderit alicuius obiurgata desidia: pderit laudata ĩdustria: excitabit laude æmulatio. turpe ducet cedere pari: pulchrũ supasse maiores accendũt oĩa hæc aĩos: & licet ipsa uitium sit ambitio frequenter tamen causa uirtutum est. Schola petat

¶ Frãgas citius q̃ corrigas: q̃ ĩ prauũ induruerũt: ptinus ergo neqd cupide: neqd im pbe: neqd ĩpotenter faciat monendus est puer: habendũq; animo semp illud uergilianum: Adeo in teneris consuescere multum est. Teneri corriguntur

¶ Ex Platone. Titulo tertio.

ET enĩ hæc mihi mei filii/ siue plantatio/ seu filii generatio appellãda sit: oĩu facillima extitit: Educatio aũt difficilis/ & semp in tiõre maxim metũ sui causa subeũti: Ita Demodocus loqtur in Theage de sapientia. filii Educatio

¶ Non enim est diuinius aliquid: de quo homo consulere qat: q̃ de eruditõe sui atq; suorũ. Socrates ĩ Theage eruditio

¶ Nõ eniz noui: cui rei maiorẽ diligẽtiã qsquis mentem hẽt: adhibeẽ debeat: q̃ ut filiũ optimũ reddat Soc. ibid filii cura

¶ Audistin Themistoclẽ filiũ suũ Cleophãtũ in eqstri facultate strenuũ effecisse adeo ut eqs rectus insisteret/ rectusq; ex equo iacularet/ cæteraq; pmulta stupenda pficeret: in qbus ille diligenter erudiri curauit/ sapiẽtẽq; in singulis: quæ præceptores eruditi callebant effecit. Socrates in Menone de uirtute. Themistõclis filius

¶ An nõ & Aristides lysimachi filius/ filiũ suũ lysimachũ in oĩbus q̃ pceptores ulli pfiterent optĩe athẽnensiũ oĩu eruditũ euadere uoluit/ Socrates ibidem. Aristidis filius

¶ Pericles uir magnope sapiẽs duos filios educauit: Paralũ & Xãthippũ hos tũ in eqstri pitia/ tum in musica/ tũ etiã in certaminibus p̃ cæteris atheniẽsibus instruxit. At deniq; in nullo eorum: quæ in arte percipiuntur inferiores alis esse uoluit. Socrates Ibidem. periclis filius

Thucydidis filii

¶ Thucydides duos filios educauit: Melisiaꝫ atq; Stephanum. quos & cætera diligenter edocuit: & Palæstram In primis. ut in ea Athenienses reliquos superint Vnũ quidem Xanthiæ: Euodoro alterum commendauit. ii uero in palæstræ ludo cæteris omnibus illis tẽporibus præcellere putabantur. Socrates Ibidem.

Educatio recta

¶ Non ne bene nati: si bene etiam nutriantur: ita demuꝫ ad uirtutem puenIunt? Socrates in Alcibiade primo.

Tenelli

¶ In primis Iuuenũ cura suscipienda est: ut q̃ optimi uiri fiant: quemadmodum bonum agricultorem teneriores primum Plantas curare decet: ac Deinceps aliis prouidere: Socrates in Euthyphrone.

Punitio

¶ Tum demum recte agitur: quuꝫ nulli prorsus peccãti: quisqs ille sit: parcimus. Euthyphron in Euthyphrone

Punitio cur

¶ Qui ratione punire aggredit: nõ p̃teriti sceleris causa punit: neq; enim assequi põt: ut quod est factũ sit infectuꝫ. sed ad futuꝝ respicit: ne iteꝝ aut ipse delinq̃t: aut alius qlibet exẽplo eius adductus. ꝓtagoras in ꝓtagora. Puniẽdi ergo sũt praui filii: ne iteꝝ delinq̃re ausint.

Filiorum Educatio

¶ Quoties tecuꝫ loquor, o, Socrates: ita prorsus afficior ut exstimem insaniam esse: Filioꝝ gratia contendisse primo circa cõiugiuꝫ & ex matre generosissima nascerentur: deinde ut amplũ illis patrimoniuꝫ relinq̃ret Illoꝝ aũt educatõeꝫ negligere. Cryton ĩ Euthydemo.

Filii refrænentur

¶ Videtur nobis q̃ diligentissima filioꝝ cura suscipiẽda: neq; agendũ putamus: quod multi solent: q filios suos quum primum adoleuerint: ad propriam sinunt libidinem uiuere Immo uero tunc studiuꝫ diligentius adhibendum: quare patrum negligentiam sæpe culpamus q; nos postq̃ adoleuimus ĩ mollitie q̃dã, & delitiis uiuere ꝑmiserũt: resq; alioꝝ gessere. Lysimachus in Lache.

Filiorum cura Diuitiæ

¶ Sæpenumero Socrates uæhemẽter obstupui: quoties obiurgans homines, quasi deus exclames: Quonam ruitis Homines? Nescitis quo feramini: Neq; opportunum quicq̃ agitis: Qui omni Studio Pecuniis cumulandis incũbitis: Filios autem quibus eas relicturi

estis: negligitis. Neq; ut illi iuste uti sciant: eos iustitiae praeceptoribus commendatis. qui doceant iustitiam: si doceri potest: & si exercitatione & cõsuetudine comparanda est/diligenter exerceant. Neq; uos etiam ipsos curastis unq̃. Clitophon in Clitophonte.

¶Qui luit poenas: a prauitate & turpitudine animi liberatur: Socrates in Gorgia. ¶Pecantes igitur filii puniendo a/prauitate & uitiis liberantur. Punitio quid agit

¶An non animaduertisti/imitationes si a/teneris annis incipiant: Perseuerentq;: in mores/& naturam abire: tum quantum spectat ad Corpus: tum ad uocem: tum ad Cogitationem ipsam? Socrates Libro Tertio de Republica: ¶Cauendum igitur: ut pueri ipsi optimas non prauas & turpis imitationes a teneris incipiant. Imitatio

¶Curat autem quisq; maxime id: quod maxime diligit: Socrates ibidem. ¶Si ergo filium maxime diligis: maximam quoq; eius curam habeto. Curanda

¶Ipsis Principibus & primo & maxime deus praecipit: ut nullius rei maiorem curam: custodiamq; suscipiant: q̃ natorum. Socrates ibidem. Filiorum custodia

¶Educatio/Eruditioq; bona seruata/ingentia quoq; bona efficit: apparet itaq;/quale cuiusque fuerit educationis initium: Talia fore etiam quae sequentur. Socrates Libro quarto de Republica. Educatio

¶Statim a/primis annis pueri honestis in iocis assuefaciendi sunt: Nam si iocis minus decentibus assuescant: nũq̃ legitimi/probiq; uiri euadere poterũt. Ibidem. Ludus Iocus

¶Seniorem certe Lex nostra constituit praeesse omnibus iunioribus: eosq; corrigere. Socrates: li. v. de rep. Senior

¶Vbi autem licentia: ibi quisq; arbitratu suo uitam instituet. Idem lib. viii. de rep. Licentia

¶Profecto quae in Pueritia discimus: diutius firmiusq;/ut fertur meminisse solemus. Critias in Timaeo. ¶Itaq; Parentes Curare debent: Vt in Pueritia Filii Optima quaeq; ediscant. Discere

Diligentia Ebrietas

¶Conandum pro uiribus, educationis, studiorũ doctrinæq; diligentia, improbitatem reiicere: assequi probitatem. Timæus in Timæo.

Vinum

¶Ab Ebrietate & uini repletione Iuuenes omnino abstineant: Atheniensis hospes. Li. ii. de legibus.

¶Nulli penitus interdiu uinum concederem: nisi exercitationis corporeæ, morborũq; causa Hoc Potu opus fuerit. Neq; etiam noctu uiro, uel mulieri: quando liberis operam dare uolunt. ibidem.

Diuitiæ

¶Nemo liberorũ gratia pecuniis cumulãdis incũbat: ut ditissimos eos relinquat: neq; enĩ ipsis, neq; ciuitati id conducit. Sed census tum adulatione uacuus, tum rerũ necessariarũ non indigens, omniũ decentissimus, & optimus est. Nã hic nobis ad oĩa consonans accõmodatusq; uitã ab doloribus ẽmouet. Liberis ergo nõ auri sed pudoris multũ oportet rẽliq̃re. idẽ li. v. dẽ legibus.

Honestas

Senes modesti

¶Seniores sint coram iunioribus uerecundi: ac summo pere caueant: nequis iuuenum eos aut uideat: aut audiat agentes turpe aliquid: uel loquẽtes. Nam ubi senes minus pudici sunt: Necesse est ibi Iuuenes impudentissimos esse. Ibidem.

Sanabiles

Incurabiles

¶Misereri autẽ decet eorũ: q̃ sanabiles sunt: & cohibere iram. ne aduersus eos muliebri iracundiæ feruore aĩus efferatur: duriusq; insistat: Qui autẽ ita sunt flagitiosi ut incurabiles sint: eis ĩra uæhemẽtius ĩmittenda: ibidẽ.

Contagio

¶Nempe naturæ, & educationis prauitas ita corrumpit: ut nisi quis segreget sanorũ integrorumq; morum, ac corporũ genus: in singulis cõtagione interimant. idẽ ibidẽ. ¶Sunt igitur a prauo cõsortio filii segregandi.

Matrimoniũ

¶Maxime uero cõnubio coniuncti Sponsus & sponsa tunc mẽtis compotes esse debent: qñ nõ paruã ineunt uitæ mutatõẽ: pserti ut ex q̃maxime moderatis semper gñatio fiat: Quare ut solidus, stabilis, & qetus conceptus fiat: non oportet corporibus ebrietate diffusis dare operam liberis. Qui autẽ uino refertus est: tam

Ebrius

aĩæ q̃ cõrpis rabie concitatus, quouis & trahit & tra-
hitur. Icciirco Ebrius tanq̃ mente captus ad serendum
est inutilis: Oportetq; ibi nuptias celebrare: ubi sit cũ
liberis suis habitaturus. Idem li. sexto de legibus. Nuptiæ
¶ Existimandum est: rectam educationem posse & cor-
pus & animũ q̃pulcherrima, & optima reddere: Ide3
Libro septimo de legibus. Educatio
¶ Dicerem utiq; grauidas mulieres maxime omniu3 illo
anno ita regendas esse: ut nec ad uoluptates multas, fu
riosasq; ferantur: neq; doloribus agitent. sed tranqlla3
pacatamq;, & mitem uitam agant. Ibidem. Grauidæ
¶ Post annoru3 sex ætatem Fœminæ ab maribus discer
nantur. puerique deinceps cũ æqualibus maribus: & pu
ellæ cum Fœminis æqualibus cõuersentur. & ad scia-
utriq; se uertant. Mares quidem ad magistros equoꝝ,
arcuu3, teloꝝ, & fundæ: Fœĩnæ quoq; ad eadẽ si cõce-
dat, usq; ad sciam tm̃: & maxĩe ad armoꝝ usu3. Ibide3. Pueri Puellæ
¶ Certe omnibus turpe illud, & illiberale uideri debet: ut
ciuium aliquis per tota3 dormiat noctem: nec primus
excitet: & surgat: ita ut hoc toti familiæ pateat. Quin
etiã ut dña ab ancillis, nõ ancillæ ab ipsa, primũ excite
tur, turpe dicendũ. Nocte igĩt exurgant. Et Magr̃atus
publicu3 aliqd, Patres uero, Matresq; familiæ in domi-
bus ꝑpriis rem suã curent. Somnus enim multus, nec
corporibus, nec animis, neq; rebus gerẽdis natura cõ-
ducit. Nemo quidẽ dum dormit, alicuius pretii est: nõ
magis q̃ si nõ uiueret. Quare qcunq; uiuere & sape cu
pit maxime: q̃longissimo tempore uigilet: sola sanita-
tis commo[...]tate seruata. Sole uero surgente pueri ad
magistros proficiscantur. Q̃m̃ uero nec pecudes, nec
alia prorsus ulla, sine pastore uiuere debent: nec pueri
etiã sine Pædagogis sint: neq; absq; dñis serui. Est aũt
puer oĩ bestia intractabilior: Nã cũ prudẽtiæ fontẽ nõ
du3 pfectũ hẽat: insidiosissimus ẽ: acerrimusq; & petulã
tissimus oĩu3 bestiaꝝ. Ideo multis q̃si fræis uiciẽdus ẽ. Somnus Domina Ancillæ Patres Matres Somnus Vigilare Scholastici Pædagogus Pueri prauitas

Pædagogus — Et quum primum a/matribus/nutricibusq; seiungitur: pædagogis eum ad puerilem lasciuiam regendã cõmẽdare oportet/Deinde ut liberum quidem doctrinarũ potissimũ gratia præceptoribus. Ibidem.

Sodomitæ — ¶Secundum naturam ad procreationem uenere homines utantur: Abstinenduз igitur a Maribus iubeo: naз qui istis utuntur: genus hominum dedita opera interficiunt in lapidem seminantes: ubi radices agere quod seritur/ nunq̃ poterit. Abstinendum quoq; & ab agro illo foeminino: Vbi semen germina nolit producere. Idem Libro octauo de Legibus.

Punitio prauorum — ¶Mali enim Ignauiq; semper puniẽdi sunt: ut meliores fortioresq; euadant. Idem libro xii. de Legibus.

Ex Aristotele. Titulo Quarto.

Pueri — NVlla Bælua sponte agit: neq; Pueri. Aristoteles Libro tertio Ethicorum. ¶Sunt ergo cogendi bene agere.

Castigatio — ¶Est enim castigandu, & temperanduз id omne: quod turpia cõcupiscit: atq; luxuriat. Ibidem.

Pædagogus — ¶Vt Viuere autem puerum Sub Pædagogi Præceptis oportet: Sic & cupiendi uis cupere debet perinde ac Ratio iubet. Ibidem.

Voluptates — ¶Insuper & Pueri/ & feræ ipsas Voluptates sequuntur. Idem Libro septimo Ethicorꝝ. ¶Sunt ergo corripiendi ab licentiaq; retrahendi pueri omnes.

Prauitas — ¶At prauitati non est uenia danda: nec aliorũз cuiquaз: quæ uituperabilia sunt. Ibidem.

Modestia — Modeste uiuere/continenterq;/ plerisq; hominum/ præsertim iuuenibus non est iocundum. Idem li. x. Ethi. ¶Sunt igitur cohibendi modeste uiuere Iuuenes.

Virtus Filii — ¶Si negligit̃ publice: ad unũquẽq; attinet̃ uidet̃: filios suos atq; aicos ad uirtutẽ dirigerẽ uel saltẽ uelle diriger̃.

¶Singula autem magis exacte fieri uidebunt: adhibita cura/diligentiaq; ... uata. Ibidem. ¶Quocirca parentes priuatam curam in filios gerant. Diligentia

¶Non enim sunt tales: Vt ob pudorem obtemperent: sed ob metum. Nec ut a/prauis ob turpitudinem abstineant rebus: sed ob pœnam. Ibidem. Praui Pœna

¶Incutiendus igitur est pueris metus: adhibenda est pœna: ut timore ducti praua relinquant.

¶Improbum uoluptatem affectantem/ dolore afficiendum/ perinde atq; Iumentũ/ Legum latores instituere Ibidem. Improbus

¶Ex Aulo Gellio. Tit. quinto.



Veros impuberes compertum est: si plurimo cibo/nimioq; somno uterentur: hebetiores fieri. Animaduertimusq; hinc felici tarditatem: Corporaq; eorum impcera fieri: minusq; adolescet. Aulus Gellius. libro. v. c. xix. ¶Recte igitur Cicero in Libro de Senectute inquit. Tantuz cibi/ & potionis adhibendũ ut reficiantur uires: non opprimantur. Nec uero corpori solum subueniẽdum est: sed etiaz menti atq; animo multo magis. Et libro quinto tus. Quid/q; ne mẽte quidem recte uti possumus multo cibo & potione completi. Cibus Somnus Cibus Potio

¶Philippus Amyntæ filius/terræ Macedoniæ Rex/Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nunciauit. Epistola/ quoniam curæ/diligentiæq; in liberorz disciplinas hortamentum est: exscribenda uisa est ad cõmonendos Parentum animos. Exponenda igitur est/ ad hanc ferme sententiam. Philippus Aristoteli salutem dicit. filium mihi genitum scito: quod equidem diis habeo gratiam: non perinde quia natus est: q̃ pro eo/q; eum nasci contigit temporibus uitæ tuæ: Spero Philippi epistola

enim fore/ Vt eductus eruditusq; abs te/dignus existat & nobis/ & rerum istaru; successione. Haec ex Gellio Libro octauo. Capite tertio. ¶ Curandum igitur: ut a/ teneris optimos habeant Filii praeceptores: A quibus & mores primũ/deinde disciplinam & sciam hauriãt.

¶ Phauorinus philosophus nato filio Auditori sectatoriq; eius nihil inquit dubito: quin filium lacte suo puella nutritura sit: sed quum mater puellae parcendum esse ei diceret: adhibendasq; puero nutrices: ne ad dolores (quos in enitẽdo tulisset) Munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet: Oro te inquit mulier/ sine eam totam integram esse Matrem filii sui: Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atq; dimidiatu; matris genus! peperisse/ac statim a/se se abiecisse! Aluisse in utero sanguine suo nescio quid: quod non uideret: non alere suo lacte/quod uideat iam uiuentẽ! iam hominem! iam matris officia implorantem! An tu quoq; inquit putas/natura; foeminis mãmarum hubera/quasi quosdam neuulos uenustiores/non liberorum alendorum sed ornandi pectoris causa/ dedisse! Sed nihil interest(hoc enim dicitur)dum alatur & uiuat: cuius id lacte fiat. Non frustra quidem creditu: est sicuti ualeat ad fingendas animi/corporisq; similitudines/Vis & natura seminis/non sexus: ad eandem rem lactis quoq; ingenia & proprietates ualeñ. Neq; in hominibus id solum/ sed in pecudibus quoq; aĩaduertit. Nam si Ouium lacte/Haedi/aut capraẽ agni alerent: cõstat ferme in iis lanã duriorẽ: in illis capillum gigni teneriorẽ: In arboribus etiã & frugibus maior plerũq; uis & potestas est ad eaẽ indolẽ uel detractãdam/ uel augendã/aquaẽ atq; terraẽ q̃ alunt q̃ ipsius quod iacitur seminis: Ac saepe uideas arborẽ laetã & nitentẽ in locum aliũ transpositã/ deterioris terrae succo depisse. Quaenã igit̃ ratio est: nobilitatẽ ista; nati modo hoĩs corpusq;/& aĩm/bene ingeniatis primordiis incohatũ

Mater nutriat

Hubera cur

Semen

Lac

Haedus

Agnus

Arbores

Aqua

Terra

Semen

Insitiuo degeneriq; alimēto lactis alieni corrumpere? praesertim si ista, (quam ad praebendum lac tunc adhibebitis) aut serua, aut seruilis, & ut plerūq; solet, externae & Barbarae nationis: si improba: si informis: si impudica: si temulenta est. Patiemur ne igitur infantem hunc nostrum pernitioso cōtagio infici? Et spiritum ducere in animū atq; in corpus suum ex corpore & aīo deterrimo? In moribus enim inolescendis magnā ferre partem ingeniū altricis, & natura lactis tenet: quae iā a principio imbuta paterni seminis cōcretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem cōfigurat. Haec ex Gellio li. xi. c. i. ¶ Super hac autem sententia nostrū carmē in speculo positū hic quoq; subiiciam.

Nutrix uitanda

Nutrix

Lac

¶ Si peperit Coniunx: tunc illa sit integra mater:
Imperfecta quidem mater, nulla hubera praebens
Nutriit illa prius: quod non cernebat in aluo
Iam noscens hominem uiuentem, pellit ab ulnis.
Hubera mammarum tribuit natura puellis
Natorum causa: non formae, siue decoris.
Ceu similem format membris, animoq; parentum
Semen: sic etiam lactis natura figurat:
Haud homini: tantum: pecudi simul euenit istud.
Alterius quoties nutritur lacte animantis.
Lac Ouium potante Haedo: Caprae simul Agno
Lanitium tenerum uenit illi: durius agno.
Ingenium Altricis qua propter, Vis quoq; lactis
Partem etiam magnam retinent in moribus ipsis.
Pallida erat nutrix Syluani: pallida nati
Membra sui: credas igitur quaecunq; notaui.

Mater nutriat

Hubera cur

Semen

Lac

Haedus

Agnus

Lac

¶ Ex Xenophonte de Cyri Paedia. Titulo sexto.

Persarum leges anticipantes maxime curant ne initio tales sint ciues: ut cuiusquā uel improbitatis, uel turpitudinis desiderio capiantur. Haec ille. li. i. ¶ Tu item pater Persarum morem id cures: ne filius improbus, ne etiam turpis euadat.

Turpitudo uitetur

¶In Duodecim tribus Persæ distributi sunt: Hi uero pueris præsunt: Qui selecti e/senioribus, eos uideantur reddituri q̃ optimos. Adolescentibus quoq; hi, qui ex absolutæ ætatis uiris p quamoptimos eos existimẽt effecturi. Viris autem ipsis hi sunt præfecti: quorum illi institutione censeantur/quæ constituta sunt/ & a magistratu maxĩo imperata/maxĩe præstaturi: Idem li.i.

Puerorum custodes

¶Qua propter & tu filio custodem adhibeas a quo reddi q̃optimus ualeat

Temperãtia

¶Persæ docent pueros temperantiam: ad quam discendam eis plurimũ conducit: ꝙ uident senes ipsos quottidie temperanter uitam agere. Tradunt præterea iis præcepta parendi magistratibus: Multum quoq; huic rei conducit: ꝙ seniores intuentur parere magistratibus magno studio: Eosdẽ insuper docent: ut & cibi & potus continentiam seruent. Nec apud matrẽ uescuntur pueri: sed apud magistrum. Feruntq; domo pro cibo panem: pro obsonio nasturtium: Ad potum uero Capedinem: ut ex flumine aquam hauriant: Ad hæc etiam discunt sagittam/ & iaculum: Ad sextum igitur usq; aut septimum decimum ætatis annum hæc agunt pueri Idem Libro primo. ¶Conare igitur & tu pater assuefacere filium temperantiæ: quod quidem fuerit: si te etiam temperantem conspexerit.

Magistratus

persaꝝ cibus

¶Cyrus inquit: primum equidem operam do: ne unq̃ saturer: id enim difficile est/& graue. Dein uero per laborem immissa consumo: ita enim mihi uideor/& pseuerantius bene ualere: & robustior effici: Aiunt etiã eundem puerum Astyagi auo Medoruꝫ Regi/ dixisse O/Aue/quot negocia habes in cœna: si tibi necessariũ sit: in omnia hæc fercula manus extendere: & degustare hasce tam uarias/ multasq; epulas: longe simplicior apud nos persas/ac rectior est ad explendũ uia q̃ apud uos. Apud nos enim panis & carnes ad hoc deducũt: At ego Aue uideo ẽt tibi has epulas esse fastidio: ꝙ te

Cyri uictus

Cyri continentia

uideo quum panem tetigeris/nihilo manum deterge re: sed ubi hoꝝ quicq̄ attigeris/continuo manum purgas ad mantilia: ueluti moleste admodum feras istoꝝ satietatem: Idem libro primo. ¶ Curandum iccirco est ut pueri parcissimi sint cibi & potus: more Cyri: sic. n. ut ille/ & sani & robustiores euadent. Super hoc autē & nos ita lusimus.

¶ E mensa nunq̄ pleno iam uentre recedas: — Cibus
Nec saties unq̄ sæpe bibendo sitim. Et alibi — Sitis
Ex facili uictus tibi sit: pretiosa relinque: — Victus
Quære fame gustum: conditos temne sapores — Fames
Conualet ægrotus tenui solummodo uictu: — Aeger
Sanus eris semper tenui si uesceris æsca. — Cibus
Nil animum/ corpusq; uiri sic obruit unq̄
Vt plenus uenter/ ructus/ sonitumq; remittens: — Crapula
Te nunq̄ satures: uictumq; absume labore: — Saturitas
Sic & enim fies robustior: atq; ualebis. — Labor
Sic parce Socrates uitam ducebat Athenis: — Socrates
Vt solus uictu nunq̄ ægrotarit honesto.

Hæc & plura eiusmodi in Speculo de Temperantia scilicet edocuimus: quibusquidem seruatis facile pueri temperati/ modestiq; fuerint.

¶ Cyrus Veteranis militibus inquit: Decet enim principem non se bonū præstare dumtaxat: uerum etiam ꝓ subditis diligentiā gerere: ut q̄ optimi sint futuri: Idem libro secundo. ¶ Si ergo principes subditorum curam & diligentiam: quo optimi fiant gerere debent: quanto magis Filiorum parentes! — Principes / Subditi

¶ Vbi autem Gobryas surrexit domū abiturus/ fertur dixisse nō amplius miror Cyre: si pocula/ & amictus/ & aurū/ nos possidemus/ q̄ uos maiori copia: nos sumus minoris faciendi q̄ uos: Nos enim operam damus: ut sint nobis q̄plurima: At uobis ea diligētia est: uti mihi uidet̄: ut futuri sitis q̄ optimi. Idē li. v. ¶ Nitēdū igit̄/ uti filii optimi potius q̄ ditissimi a uobis pētibus reddāt̄. — Diuitie

Parentum exempla

❡Aiebat Cyrus. At filios quoq;(quicunq; nobis nascuntur)hic instituamus:ita enim & ipsi meliores futuri simus: si uelimus præbere nosmet ipsos liberis nostris q̃ optima exempla. Et Liberi ipsi nec (etiam si uelint) facile fiant improbi: siquidem q nhil turpe neq; uideant/ neq; audiant: & in studiis honestatis/ bonitatisq; uersentur. Idem Libro septimo.

❡Ex Vitruuio. Titulo septimo.

Atheniensiũ lex

Doctrina

Diuitiæ



Lexis antiquus Comicus ait ideo oportere laudari Athenienses:ꝙ omniũ græcorum leges cogunt parentes ali ab liberis:Atheniensium uero non omnes:nisi eos: qui liberis artibus erudissent. Omnia enim munera fortunæ quuꝫ dantur:ab ea facillime adimunẽ. Disciplinæ uero coniunctæ cum animis/nullo tempore deficiunt:sed permanent stabiliter ad summum exitum uitæ: Itaq; Ego maximas infinitasq; parentibus habeo/ atq; ago gratias: ꝙ Atheniensium legem probantes/ me arte erudienduꝫ curauerunt: & ea quæ non potest esse probata sine litteratura. Cum ergo & parentum cura/ & præceptoꝝ doctrinis auctas haberem copias disciplinarum/ philologis & philotechnis rebus/cõmentariorumq; scripturis me delectãs eas possessiões animo paraui:e/quibus hæc est fructuum summa:nullã plus habendi necessitatẽ: eamq; esse ꝓprietatem diuitiaꝝ maxime/ nihil desiderare. Hæc ille. li. vi. ❡E quibus illa potissimũ pa.er ipse aduertas: ꝙ Vitruuius ait. se parentũ cura/& præceptoꝝ doctrinis auctas habuisse copias disciplinaꝝ: Vt &. tu filii curam geras/ & præceptor edoceat: Nec agas ut plurimi qui nullam filioꝝ curã habentes/ oẽe ꝑceptori onus relinquunt: In scholis præceptoris officium est curare pueros & docere: Exterius parenti cura habenda: ne

turpia ludat filius: ne prauis associetur: ne passim & libere uagetur: ne post solis occasum extra limina moretur: Talem mediussfidius erga me curam habuit pater: si talem & ipse erga filios geres, modesti fient. Filiorum cura

Ex. M. Tullio. Titulo octauo.



Optima autem hæreditas a patribus traditur Liberis: Omniq; patrimonio præstantior Gloria Virtutis, rerumq; gestarum. Cicero Libro primo officiorum. Patris gloria

¶ Ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Ibidem. Puerorum custos

¶ Nostro quidem more Cum Parentibus puberes filii: cum Soceris quidem Generi non lauantur. Ibidem. Balnea

¶ Prouerbium est: Phrygem plagis fieri solere meliorem Idem pro. L. Flacco. Plagæ

¶ Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere falluntur: At hi sapienter faciunt: Qui Adolescentes maxime castigant. Vt quibus Virtutibus omnem uitam tueri possint: Eas in Aetate maturissima uelint comparare. Hæc Cicero Libro quarto. ad Herenni um: ubi de Sententia meminit. Plagæ Virtutes

¶ Pueros uero Matres & Magistri castigare etiam solent: Nec uerbis solum, sed etiam Verberibus. Idem Libro tertio Tusculanarum. ¶ Tu tamen filium intemperantem uerbis dumtaxat castigas non etiam uerberibus: Iccirco prauus est & proteruus: & in dies peior euadet: Sume ergo Bacillum ubi uerba non prosunt: sic enim in dextram uirtutis uiam Relicta uitiorum sinistra, redibit. Plagæ

❡Ex.Q.Curtio.Titulo nono

Iudeorum educatio

Segnes


N Regno Sophitis Indi gens sapientia excellit: bonisq; moribus regitur. Genitos liberos non parentũ arbitrio tollunt: aluntq; sed eorꝫ quibus spectandi infantium habitum cura mandata est. Siquos segnes/ aut aliqua membroruꝫ parte inutiles notauerunt: necari iubent: Nuptiis coeunt non Genere ac Nobilitate coniunctis: sed electa corporum Specie: quia eadem æstimatur in liberis. Curtius Libro octauo.

Sponsæ

Equus

❡Nobilis Equus umbra quoq; Virgæ regitur: Ignauus ne calcari quidem concitari potest Idem libro sexto.

❡Filius ergo monitis minime obsequens: uerberibus acriter est cædendus etiam atq; etiã donec emendetur Nam ut Chremes ait Terentianus in Heau. Deteriores omnes sumus licentia.

Parentes honorandi magis

❡Ex Diogene Laertio de uitis phõꝝ Tit.x.

Chrysippus


Ristoteles aiebat: Parentes/ q liberos erudiẽdos curassent: Longe honorabiliores esse his: qui solum genuissent. Hos eniꝫ uiuendi tantum/ illos etiam Bene Beateq; uiuendi auctores esse.

Eruditio bona

❡Chrysippus/ quum rogaretur a/ quodaꝫ/ cui commendaret filium: dixit: mihi. Nam si quempiam mihi excellere putarem: ipse apud eum philosopharer.

❡Xenophilus Pythagoricus interrogatus/ Quo pacto optime filii erudirentur: ait. Si ex bene instituta ciuitate nati essent.

❡Ex Suetonio Tranquillo. Titulo Vndecimo.


ctauius Augustus: Iuliam filiam/ & neptes duas Iuliam & Agrippinam/ita instituit:ut etiã lanificio assuefaceret· uetaretq; loqui: aut agere quicq̃:nisi palam: & quod in diurnos cõmentarios referret. Extraneorũ quidem coetu adeo phibuit:ut·L·Tucinio claro decoroq; iuueni scripserit: quondã parũ modeste fecisse eum: q filiam suã Baias salutatũ uenisset: Nepotes Caiũ/& Lucium/ & Agrippã/& litteras/& natare aliaq; rudimẽta p se plerumq; docuit: Ac nihil æque elaborauit: q̃ ut imitarentur chyrographum suũ: Neq; coenauit una: nisi ut in uno lecto assiderent: Neq; iter fecit:nisi ut uehiculo anteirent:aut circa adequitarent·Hæc Suetonius de Augusto·❡Si ergo maternus auus nepotum curam ita eximiam diligentemq; gessit:ut ipse docuerit: ut apud se continue esse uoluerit:quidnam tu pater agere debes! aliis ne filii curam tradere:ouem lupo committere:filium per diem/ perq; noctem uagari sine fido custode idest te patre (ut facis)sinere! Augustus in suos

❡Ex Plynio Auunculo·Titulo duodecimo. Delphini in filios


Elphini iuncti agunt uera coniugia: pariũt catulos decimo mense/æstiuo tempore: interdum & binos nutriunt huberibus: sicut Balena:atq; etiã gestant foetus infantia infirmos·Quin & adultos diu comitantur magna erga partũ charitate:Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur:ut custos·Hæc Plinius·libro nono Historiæ naturalis·❡Sunt igitur Homine Prudentiores Delphini:Brutum animal rationali cautius: prõ nefas: Delphini adultos filios diu comitantur Magna erga illos charitate: & paruos semper aliquis grandior comitatur/ut custos· Homo autem ad dei imaginem figuratus/ liberos sine fido/ immo etiam sine ullo custode passim uagari sinit.

¶Ex Plynio Nepote Titulo decimo tertio·

Schola q̄lis

Custos

Præceptor

·C·Plynius Corneliæ Hispullæ suæ Salutem· Cupiam Necesse est: Vt filius tuus Auo similis existat:iam circumspiciēdus Rhetor est latinus: cuius scholæ seueritas:pudor:in primis castitas constet· Adest enim adolescēti nostro cum cæteris naturæ/ fortunæq; dotibus eximia corporis pulchritudo·cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo/sed Custos etiam/Rectorq; quærendus est· proinde fauentibus diis trade eu3 præceptori:a quo mores primum/ mox eloquentiam discat:quæ male sine moribus discitur· Hæc ex illo libro tertio epistolarum!

Parentum mansuetudo

Omnes erramus

¶·C·Plinius Iuniori suo salute3 dicit· Castigabat quida3 filium suū:ꝙ paulo sumptuosius/Equos & Canes emerit: Huic ego Iuuene digresso: Heus tu nunq̄ ne fecisti: quod a/ patre corripi posset! Fecisti dico/ num interdum facis/ quod filius tuus! Si repente pater ille/ tu filius pari grauitate reprehendaris: Num omnes homines aliquo errore ducuntur! Num hic in illo sibi/ in hoc alius indulget! Hæc tibi/ admonitus immodicæ seueritatis exemplo/amore mutuo scripsi: Ne quādo tu quoq; filium tuum durius/ acerbiusq; tractates· Cogita & illum puerum esse: & te fuisse: Atq; ita hoc ꝙ es pater utere/ ut memineris te Hominem esse/ & hominis patrem· Hæc ille libro octauo epistolarum·

¶Ex Salomone in Prouerbiis·Titulo·xiiii·

Virga
Seruus



Qui parcit Virgæ:odit filium· qui autem diligit illum:instanter erudit· Salomon in prouerbiis· ¶Seruus sapiēs dominabitur stultis filiis· Idem

¶Est ergo filiorum cura habenda:ut sint prudentes·

¶Filius sapiens lætificat patrem: Filius uero stultus mæstitia est Matris suæ. Idem. ¶Curandum igitur: ut Filius sapiens euadat. Filius

¶Dolor patris Filius stultus. Idem. ¶Itaq; diligens filii cura habenda est: ne stultus fuerit. Filius

¶Stultitia colligata est in corde pueri: & Virga disciplinæ fugabit eam. Idem. ¶Quocirca Filius Virga emendetur. Pueri stultitia

¶Noli subtrahere a puero disciplinam: Si enim percusseris eum uirga: non morietur. Tu uirga percutis eū & animam eius de Inferno liberabis. Idem. ¶Sunt ergo cædendi Filii. Virga

¶Virga atq; correptio tribuit sapientiam. Idem. ¶Corripe igitur filium si peccauerit: Corripe inq̄ uerberibus non solum uerbis: & erit optimus. Virga

¶Ex Ecclesiastico. Titulo decimo quinto.

Filii tibi sunt: erudi illos: & curua illos a pueritia eorum. ¶Filiæ tibi sunt: serua corpus illarum: Nec ostendas hilarem faciem tuam illis Trade filiam: & grande opus feceris: & Homini sensato da illam. Filii Filiæ

¶Vtilius est mori sine filiis: q̄ relinquere filios impios. Filii

¶Curua filii Ceruicē in iuuentute: & tunde Latera eius dum infans est. plagæ

¶Filio & mulieri: fratri & Amico: Non des potestatem super te in uita tua: Nec dederis alii possessionem: tuam: Ne forte pœniteat te: & depreceris pro illis. Melius est enim ut Filii te rogent: q̄ te respicere in manus Filiorum tuorum. Potestas rerū

¶Ex Paulo Apostolo. Titulo decimosexto.

¶Vos Patres, Nolite ad Iracundiam prouocare Filios uestros: sed educate illos in disciplina, & correptione domini: Paulus ad Ephesios. Educatio

¶Ex Lactantio Titulo decimo ſeptimo.



Ira — Ræ affectus nobis datus eſt: ad coercen
da peccata eoꝝ: quæ ſunt in noſtra po-
teſtate. ideſt ut arctiore diſciplĩa minor
ætas ad probitatem, iuſtitiamque forme
Licentia — tur. quæ niſi metu cohibeatur: licẽtia pa
riet audaciam: quæ ad omne flagitium, & facinus eua-
det. Manus autem noſtras ſupra minores ſemper ha-
Plagæ — beamus: Hoc eſt ut peccantes eos aſſiduis uerberibus
Indulgentia — corrigamus: Ne Amore inutili, & indulgentia nimia
educentur ad malum: & ad uitia nutriãtur. Hæc Lactã
tius. Libro ſexto. Capite. xix. Diuinaꝝ Inſtitutionum.

Caſtigatio peccatorum — ¶Peccata non coercere: peccatum eſt. euadent enim ad
maius malũ per ĩpunitatem. Hic nõ cohibẽda ira: ſed
ẽt ſi iacet, excitanda eſt. Ideꝫ in li. de Ira dei. cap. xviii.

¶Ex Aurelio Auguſtino. Tit. xviii.



Ilecto filio in Chriſto Fabiano Auguſtinus
Epiſcopus ſalutem̃. Congratulor una tecum
q̃m te proleꝫ nuper habere cognoui. Sed de
Caſtiga filiuꝫ — precor: ut duꝫ tempus affuerit: caſtigare pro-
lem non differas. Nam ſicut fructus non inuenitur in
arbore: in qua flos prius non apparuerit: ſic & in ſene
uiro: qui niſi a, patre tẽpore adoleſcentiæ in bono nu-
tritus fuerit: tempe ſenectutis fructus bonoꝝ opuꝫ nõ
Formidines — apparebũt. Caſtiga igit̃ quẽ debes dũ iuueneſcit. Vale.
¶Quid enim ſibi uolunt multimodæ formidines: quæ
Ferulæ — cohibendis paruuloꝝ uanitatibus adhibentur? Quid
Pædagogi? quid magiſtri? quid ferulæ? quid lora? quid
Plagæ — uirgæ? quid diſciplĩa illa: qua ſcriptura ſancta dicit, Di-
lecti filii latera eſſe tundenda? Ne creſcat indomitus:
Domariqꝫ iam durus, aut uix poſſit: aut fortaſſe Nec
poſſit: Quid ergo agitur iis pœnis omnibus, niſi ut de
belletur imperitia: & praua cupiditas refrænetur: cum
quibus malis in hoc ſeculo uiuimus? Auguſtinus de
ci. dei. Libro ultimo. capite Viceſimo ſecundo.

Ex Hieronymo. Titulo. decimonono.


Agister probæ ætatis, & uitæ, conditionisq; est deligendus: ipse enim Elementorum ordo, & institutio præceptorum aliter de erudito, aliter de rustico ore profertur. Nec discat in tenero: quod ei postea dediscendũ sit. Difficulter raditur: Quod rudes animi perbiberunt: Lanarum conchylia quis in pristinum colorem reuocet? Rudis testa diu & saporem retinet, & odorem: quo primum imbuta est. Græca narrat historia Alexandrum potentissimum Regem, Orbis dominatorẽ: & in moribus & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere uitiis: quibus adhuc paruulus fuit infectus: procliuis est enim malorum æmulatio: & quorum Virtutes assequi nequeas: cito imitaris uitia.

Magister qualis

Alexandri uitia

¶ Nutrix ipsa non sit temulenta: non lasciua: non garrula. ¶ Caue ne aures filiæ perfores: ne Cerusa, & purpurisso consecrata Christo ora depingas. Nec collũ auro, & margaritis premas. Nec caput gemmis oneres: Nec capillum irruffes. ¶ Heli Sacerdos offendit deũ ob uitia liberorum: Et quo modo inquies, peccata patrum filiis non redduntur: nec filiorũ parentibus: sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur? Hoc de his dicitur: qui possunt sapere: De quibus in euangelio scriptum est: Aetatem habet: loquatur per se. Qui autem paruulus est: & sapit ut paruulus: Donec ad annos sapientiæ, & pythagoreæ Litteræ, Y, eũ perducant ad biuium: tam bona eius, q̃ mala parentibus imputantur.

Nutrix

Filiæ cultus

Peccata prũ

¶ Postq̃ filia grandiuscula esse cœperit: pergat ad templum ueri patris cum parentibus suis: Nunq̃ exeat foras: ne inueniant eam: qui circumeunt ciuitatem: ne percutiant, & uulnerent, & auferant spiritum pudicitiæ: & nudum in sanguine derelinquant. Surda sit ad Organa: Tibia, Lyra, Cithara, cur facta sint, nesciat. Nusq̃ absq;

Filiæ comes

matre procedat in publicum. Basilicas Martyrꝝ & ecclesias sine matre nõ adeat: Nullus ei iuuenis: nullus cincinnatus arrideat. ¶ Discat lanam facere: tenere colum ponere in gremio calathū: rotare fusum: stamina pollice ducere: Spernat bombicum telas: sericum: uellera: & aurum in fila lentescens. ¶ Talia uestimenta portet: quibus pellat̃ frigus: nõ qbus uestita corpora nudẽtur ¶ Cibus eius holusculū sit, & similia: Caroq; & Pisciculi. Sic comedat: ut statim esuriat: ut statim post cibum possit legere, orare, & psallere. Domi filiam non relinquas: nesciat sine te posse uiuere: & quū sola fuerit pui mescat. Nõ habeat uirorum colloquia, & malaꝝ Virginum contubernia. Iurare non discat: Mentiri sacrilegium putet. Hæc ex Hieronymo ad Athletam de Institutione Filiæ.

Filiæ artes

Vestes

Cibus

Filiæ comes

Heli pœna

¶ Non est parui apud deum meriti, bene filios educare: Heli Sacerdos offendit deum ob uitia liberoꝝ. ergo e, contrario placatur deus uirtutibus eoꝝ: si p̃mansẽrint in fide, & charitate, & sanctitate: cum pudicitia. Hieronymus in epistola ad Saluinam de morte Nebridii uiri.

¶ Ex Isodoro. Titulo Vicesimo.



Acerdotes ꝓ populoꝝ iniqtate dãnantur: si eos aut ignorãtes nõ erudiãt: aut peccãtes nõ arguãt: testante dño ꝓpheta: Speculatorẽ dedi te domui Israel: Si nõ fueris locutus ut se custodiat ĩpius ab uia sua: Ille in iniqtate sua morietur: Sanguinem aũt eius de manu tua requiram. Sic enim Heli Sacerdos ꝓ filiorum iniqtate dãnatus est. Et licet eos delinquẽtes admonuerit: nõ tamẽ ut oportebat redarguit. Hæc Isidorus libro tertio de flagellis dei capite q̃dragesimosexto. de disciplina Sacerdotis in his q̃ delinquũt. ¶ Nota igitur & tu pater: nisi .n. & admonueris, & castigaueris, punierisq; ex merito filios: Et tu sicuti Heli Sacerdos a deo damnaberis.

Sacerdotes

Episcopus

Heli

Plagæ

¶ Ex Paulo Vergerio. Titulo Vicesimo primo

TRia sunt in quibus bene consulere suis libe ris parentes tenentur: Primum uti honestis illos noībus appellent. Alterum ut in egregis urbibus eos statuant: Nam amplitudo/ splendorq́ꝫ patriæ plurimum ualet. Tertium autem: ut bonis artibus liberos erudiant. Quibus præditi rebus & obscura suæ gentis noīa/ & humiles patrias attollerẽ atq́ꝫ illustrare consueuerunt. Iacienda sunt igitur in tenella ætate Fundamenta bene uiuendi: & formandus ad uirtutem animus dum tener est/ & facilis quamlibet impressionem admittere. Nam opes/ gloria/ uoluptas/ fluxæ res sunt/ & caducæ. Habitus autem fructusq́ꝫ uirtutum perstat integer/ atq́ꝫ æternus manet. Nomen Patria Artes Opes Virtus

¶ Parentes cæteriq́ꝫ quibus curæ erimus animaduertere debebũt: Et in quas res Natura proni/ aptiq́ꝫ fuerimus eo potissimum studia nostra conferri. Artes

¶ Iuuenum ætas prona est ad peccandum: ac nisi maiorum exemplis/ auctoritateq́ꝫ contineatur: Facile semper in deteriora prolabitur. Exempla

¶ Pueri a/ mentiẽdi uanitate deterrendi sũt maxīe: q̃ assueti mentiri/ morẽ hunc uiri seruant: quo nihil est turpius: ꝓderit aũt si admoneãtur parum loqui: & raro nisi iussos dicere: in multo nãq́ꝫ sermone est aliquid semꝑ: quod rephendi possit. ¶ Prouidẽdum ẽt ne fœdis/ atq́ꝫ inhonestis sermoībus assuescãt: nã ut est a poeta græco dictum: & ab Apostolo Paulo repetitum: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Mentiri Loqui Sermo

¶ Curandũ est: ut Iuuenes q̃ maxīe diu integri seruẽtur: īmatura nãq́ꝫ uenus & aīæ & corpis uires eneruat. quod erit/ si a/ choreis cæterisq́ꝫ hmōi ludis: & item ab omni muliebri frequẽtia arceanẽ: Aut si nihil de his rebus loquãtur: aut audiãt. Nec nisi his cõmittendi: quoꝝ mores/ & uita oīs perfecta sit: Adhibendi ergo sũt comites: quoꝝ monitis discant: & imitatione proficiant. Venus Comites

Vinum ¶ Ab uino pueri maxime sunt arcẽdi: cuius nimius usus & ualitudini bonæ inimicus est: & rectæ rationis usuȝ magnopere perturbat. Qua in re nequaquam mihi ui detur improbanda Lacedæmonioꝝ ratio: qui ebrios

Ebrii serui seruos exhiberi in conuiuiis suis curabant: non quideȝ ut eorum insulsis sermonibus, aut fœdis actibus dele-ctarentur: sed ut adolescentibus suis exemplo ostende re it, q̃ esset turpe temulentũ uideri. ¶ Sunt igit̃ (ut ab

Potus annis teneris assuescant) ita potandi pueri: ut illis ma-gis aqua temperetur, q̃ uinum.

Relligio ¶ Ante omnia uero decet bene institutum adolescenteȝ rei diuinæ curam non negligere: eaq; opinione imbui ab incunte ætate: Monendiq; ideo sunt non execrari Diuina, neq; sacra nomina irrisioni habere: neq; spon

Iurare te facile iurare.

¶ Instituendi præterea quo pacto deceat admittere ueni

Admissio entes: quo abeuntes dimittere. Vt oporteat uerecun-

Salutatio de salutare maiores: Minores hũaniter colligere: ami cos beniuolosq; familiariter conuenire.

Indulgentia ¶ Vtq; Plato in Gorgia inquit: Nimia parentum indul-gentia emollire atq; eneruare Adolescẽtes consueuit:

Pupilli Quod in his plerumque manifestum est: qui sub Vi-duis matribus per delitias sunt enutriti. Placet igitur (quæ est apud quosdam gentium consuetudo) ut libe-

Educare extra ros suos, aut extra Ciuitatem, aut certe extra Domum apud Cognatos, Amicosue educare curẽt: q; in aliena domo uita solutiorem illis licẽtiam adimit: Et meliori bus studiis (quæ liberalia dicimus) intentiores reddit.

Liberalia studia ¶ Liberalia autem studia uocamus: quæ sunt Homine libero digna. Ea sunt quibus Virtus & Sapiẽtia, aut ex ercetur, aut colitur: Quibus corpus aut animus ad op tima quæq; disponitur. Vnde Honor & Gloria homi nibus quæri solet. Oportet igit̃ a prima infantia iis in tendere: Et ad Sapiẽtiam omni Studio conari: Non enim erimus in Senectute sapiẽtes: Nisi Iuuenes bene

ſapere cœperimus:quanq̃ & omni ætate diſcendũ eſt
Niſi fortaſſe turpius aliquando eſt diſcere/ q̃ neſcire. Diſcere
Quod contra iudicauit Cato ille Porciæ familiæ prin Cato
ceps:qui Latinas lr̃as prope ſenex: Græcas iaꝫ certe ſe
nex edidicit: Nec credidit ſeni turpe diſcere:qđ eſſet
pulchrum homini ſcire. Socrates etiam tantus philo= Socrates
ſophus iam ætate prouecta fidibus operam dedit:digi
toſq; ſuos magiſtro formandos commiſit.
¶Pueri bonis artibus ad bona/ rectaq; ſtudia ſunt in= Blanditiæ
ducendi:Nam alii quideꝫ laude/& per ſpem honoris: Minæ
alii munuſculis/ blanditiiſq; alliciendi. Minis alii Fla=
griſq; cogendi erunt. Atq; hæc quidem omnia ita rite
penſanda:rationeq; moderanda:ut in eodem ingenio
uiciſſim his artibus præceptores utantur. Et cauenduꝫ Præceptores
ut neq; nimium illis faciles/neq; nimiũ ſeueri ſint. Nã
ut nimia licentia bonam indolem ſoluit: ita grauis & Licentia
aſſidua caſtigatio ingenium eneruat: naturæq; ignicu= Sæuitia
los in pueris extinguit:qui dum timent omnia audere
nihil poſſunt.Fitq; ut pene ſemper errent duꝫ in ſingu
lis rebus errare ſe timent. Itaq; indulgenda ſunt adole
ſcentibus quædam: neq; omnia eorum peccata ſeuera
ſunt animaduerſione puniẽda. ¶Datum tamen eſt qui
buſdam munere dei ſingulari:ut ipſe per ſe rectã uiam
ſine ullo duce & inire & tenere potuerint: Qualeꝫ in
primis Herculem accæpimus:quod Græci traduut: &
latini poſt eos meminerunt.Is enim quuꝫ duas cerne= Herculis uiæ
ret uias/unam uirtutis:alteram uoluptatis/ forte id æta
tis agens:quando de tota uita deliberatio ſumenda eſt
in ſolitudinem ſeceſſit:ibiq; multum ac diu ſecum co=
gitans/ Virtutẽ tandeꝫ reiecta uoluptate cõplexus eſt.
¶Illud in primis animaduertendum: ꝙ non modo ma=
iora illa præcepta: quæ prouectioribus traduntur: ſed Elementa
& prima quoq; artium elementa ab optimis præcep=
toribus accipere conuenit:Qua ratione & Philippus Philippus
Rex Macedonuꝫ primas litteras ab Ariſtotele diſcere

Alexandrum uoluit. Et ueteres Romani liberos suos scholæ mancipantes in Vergilio primum erudiri curabant. Optima utrinque ratione: Nam quod teneris mentibus insitum est: alte radices mittit: nec facile postea diuelli ui ulla potest. Ergo si melioribus initio assueuerit illos habebunt præcipuos: & ueluti ducibus semper utentur. Si uero errores ullos imbiberint: his duplici tempore opus erit: primum ut errores excutiant: deinde ut uera præcepta condiscant. Quam ob rem Timotheus musicus suo tempore illustris, a discipulis quidem: qui nihil apud alios profecissent: certam paciscebatur mercedem: ab his uero, qui ex aliis quippiam edidicerant duplam exigebat. ¶ Hæc ex. P. Vergerio: Memento igitur parens ipse pro liberorum commodis, ea diligentissime exequi: sic enim Viri quam optimi fieri poterunt.

Meliora

Errores

Timotheus



¶ Ex Vergilio. Titulo Vicesimo secundo.

OMnis in Ascanio chari stat cura parentis.

Cura patris

Vergilius. Libro primo Aeneidos.

¶ Disce puer uirtutem ex me: uerumque laborem:
Fortunam ex aliis: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox quum matura adoleuerit ætas:
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

Parentum exempla

¶ Aeneæ sunt uerba ad Ascanium filium Libro duodecimo æneï. Vbi quidem innuitur filios a parentibus uirtutem, & laborem, optimaque exempla discere oportere.



¶ Ex Iuuenale Aquinati. Titulo. xxiii.

Scilicet expectas: ut tradat mater honestos,
Aut alios mores quam quos habet: utile porro
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.

Matris mores

¶ Istæc Iuuenalis scribit Satyra sexta contra te matrem (quæcunque es) filiam tuis moribus docentem intemperantiam imo destiam, impudicitiam. Tua enim praua exempla inspiciens illa & eadem & peiora sectabitur. Nam ut Cicero inquit: Ea

quæ cum exemplo fiunt/licere uidentur.

¶Res nulla minoris
Constabit patri q̃ filius.

Auaritia patrum

¶Iuuenalis satyra septĩa te patrē arguit paucissima filii cōmodis impendentem. Tua siquidem Auaritia filio obes: quotiescunq; illi uel libros emere te piguerit: uti multos animaduerti. Vel præceptori gratissimus esse nolueris: quæ maxima turba: Et mihi sæpe experta.

¶Rara tamen merces: quæ cognitione tribuni
Non egeat: sed uos sæuas imponite leges:
Vt præceptori uerborum regula constet:
Vt legat historias: auctores nouerit omnes
Tanq̃ ungues/digitosq; suos: ut forte rogatus
Dum petit aut termas: aut phœbi balnea: dicat
Nutricem Anchisæ: nomen/patriamq; nouercæ
Anchemoli: dicat quot Acestes uixerit annos.
Quot siculus phrygibus uini donauerit urnas.
Exigite/ut mores teneros/ceu pollice ducat:
Vt siquis cæra uultum facit. Exigite/ut sit
Et pater ipsius cœtus: ne turpia ludant:
Ne faciant uicibus. Non est leue tot puerorum
Obseruare manus: oculosq; in fine trementes.
Hæc inquit cures: Et quum se uerterit annus
Accipe (uictori populus/quod postualt) aurum.

Merces magistri

Præceptorꝝ cura

Discipulorꝝ cura

¶Ea qdē ōia Iuuenalis eadē satyra septĩa cōtra parētes in ꝑceptorē ingratos scribit. Inqēs illi rarā solui mercedē sine tribuni & iudicis cognitōe. Ipsi tñ pētes uolūt ꝑceptorē ipm & doctū & peritū esse: multaq; legere filiis: mores optĩos tradere: prēmq; esse ipsius cœtus & cateruæ discipłoꝝ: ne turpia ludāt: ne uicissiz luxuriēt. Ad qd rñdens poeta inqt: nō esse leue tot puerorꝝ manus obſuare/& custodirē: ne turpia ludāt: ne turpia tangāt atq; excerceāt. Tu qdem pr̄ ea cūcta ab ipo exigis ꝑceptore: At finito āno qd minimū illi solues. Verꝝ ē igit̃ illud: Res nulla minoris Constabit patri q̃ filius.

Parentum exempla

¶Plurima sunt fuscinc, & fama digna sinistra:
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus:
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes.

Alea

Si damnosa senem iuuat Alea: ludit & hæres
Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Hæc Iuuenalis Satyra decima quarta. ¶Est aūt sensus multa esse, & uituperanda & turpia: quæ ipsi parētes & monstrāt, & tradunt filiis. Vnde si pater ludit: & filius q̄uis puerulus etiā ludit. Est igitur cuiq; parenti conandū, ut optima filiis documēta optīaq; exēpla tradātur.

Matris exempla

¶Expectes, ut non sit adultera largæ
Filia: quæ nunq̄ maternos dicere mœchos
Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu:
Vt non ter decies respiret? Conscia matri
Virgo fuit: Cæras nunc hac dictante pusillas
Implet: & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis.
Sic natura iubet: uelocius, & citius nos

Exempla

Corrumpunt uitiorum exempla domestica: magnis
Cum subeant animos auctoribus.

¶Arguit Iuuenalis hic Satyra decima quarta. Matres illas: quæ consciis etiam filiabus adulteria cōmittunt: siquidem & illæ similes euadere coguntur uisis materni uitii exemplis: Itaq; optime q̄dem Seneca ep̄la septīa

Exemplum

inquit. Vnicum exemplum, aut Luxuriæ, aut Auaritiæ multum mali facit.

Honesta pueri cernant

¶Nil dictu fœdum: uisuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer est: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: siquid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam siquid dignum Censoris fecerit ira:

Filius p̄rizat

Quandoquidē & similem tibi se non corpore tantū
Nec uultu dederit: moꝝ quoq; filius: & cum
Omnia deterius tua per uestigia peccet:

Corripies nimirum: & castigabis acerbo
Clamore: aut post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,
Cum facias peiora senex? uacuumq; cerebro
Iam pridem caput hoc uentosa cucurbita querat?

¶ Admonet Iuuenalis Satyra decima quarta. Vbi puer est nil turpe dictu loquendum: nil turpe uisu agendum sic eni3 si forte loquẽdo, agendoue ille peccauerit unq̄: liberius atq; audacius eu3 corripere & castigare pater potueris. at si te quoq; turpia loqui, turpia agerẽ cernet nequibis acerbe, nequibis libere & audacter illu3 arguere: Imitandus igitur est Cato ille senior: qui ut Plutarchus ait: Ab uerberorum turpitudine præsente puero filio, sic temperauit: Quasi uestalibus Virginibus arbitris locuturus esset: Nec cum eo unq̄ lauit. Parentum exempla Catonis sermo

¶ Hospite uenturo cessabit nemo tuorum:
Verre pauimentum: nitidas ostende columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum: uasa aspera tergeat alter: Parentum cura
Vox domini fremit instantis, uirgamq; tenentis.
Illud non agitas: ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: uitioq; carentem.

¶ Parentes arguit Iuuenalis Satyra decima quarta. Qui ubi amicus, uel hospes aliquis domum uenturus est: illam purificare, uasaq; omnia tergere iubet famulos. illud autem minime agit: ut filius quidem domum ipsa3 idest parentis familiam, ipsumq; parentem, sanctos & puros idest sine labe, sineq; uitio aspiciat. Id ergo curãdum maxime, Ne puero præsente nec dictu nec uisu turpia fiant unq̄.

¶ Gratum est quod patriæ ciuem: populoq; dedisti: Filio uirtus detur
Si facis, ut patriæ sit idoneus: utilis agris.
Vtilis & bellorum, & rebus pacis agendis.
Plurimũ eni3 intererit: q̄bus artibus, & quibus hunc tu
Moribus instituas: Serpente Ciconia pullos Ciconia

Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta.
Aquila
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Sed leporem, aut capream famulæ iouis, & generosæ
In saltu uenantur Aues: tunc præda cubili
Ponitur: inde autem quum se matura leuabit
Progenies stimulante fame: festinat ad illam
Quam primum prædam rupto gustauerit ouo.

Mores

¶Ciconiæ, Aquilæq; exemplo edocet Iuuenalis satyra. xiiii. plurimũ interesse: quibus artibus, quibusue moribus puer instituatur. Si. n. honestis artibus, probisq; moribus imbuitur: semper in iisdem uersabitur: Rursus si immodestis & improbis eadem usq; sectabitur. exemploq; esse ualent & Ciconia, & Aquila. hæc enim filios lepore, uel capa nutrit: qua de re adulti filij eiusmodiquoq; animalia uenantur. Illa uero serpentibus & lacertis educat pullos suos: inde fit, ut illi etiam tali præda uescãtur. Phocilidis ergo præceptuʒ est exequẽduʒ: Dũ tener est gnatus generosos instrue mores

Ciconia. Aquila.

Filius tener.

Ceres

¶Ex Claudiano Tit. xxiiii.

Aetnææ Cereri proles optata uirebat
Vnica: nec tribuit sobolem lucina secundaʒ
Fessaq; post primos hæserũt uiscera partus.
Infœcunda quidem: sed cunctis altior ibat
Matribus: & numeri damnum proserpina pensat.
Hanc fouet: hanc sequitur. Vitulam nõ blãdius ambit
Torua parens: pedibus quæ nondum proterit arua:
Nec noua lunatæ curuauit cornua frontis.

Filiæ cura.

¶Claudianus primo uolũine de raptu ꝓserpinæ scribit: Cerereʒ unicã habuisse filiã ꝓserpinã scilicet: quã qdẽ iugiter & cõtinue obseruabat, custodiebat, & sequebat̃ quocũq;. Haud eqdẽ aliter & tu mater exẽplo Cereris filiã tuã obseruare, custodire & sequi debes. Nãsq̃ sine te sedeat: uagetur: aut sistat. Nam ut Ouidius ait:

Filiæ cura

Cogis adulterium dando tempusq; locumq;:
Quo nisi consilio est usa puella tuo! Et alibi:
Quos credis fidos effuge: tutus eris.

¶Ex Horatio Tit.xxv.


Ed puer est ausus Romã portare docẽdũ: | Patris custodia
Ipse mihi custos incorruptissimus, omnes
Circuꝫ doctores aderat. qd multa? pudicuꝫ
Qui primus uirtutis honor seruauit ab omi
Non solum facto, uerum opprobrio quoqꝫ turpi.
Laus illi debetur, & a me gratia maior.

¶Hæc de sui genitoris cura in euꝫ scribit Horatius satyra sexta primi libri. Quocirca & tu pater talis filii tui custos ubiqꝫ esto: qualeꝫ fuisse Horatius patrem in ipsum hic asserit.

¶Ex Mancinello Tit.xxvi.


Rammaticen puerum docti docuere latini:
Cura tui fuerat maxima nanqꝫ patri. | Parentum custodia.
Qui rector, custosqꝫ pius: Venusinus ut oliꝫ
Expulit omne nefas: contulit omne decus

¶Verba sunt Calliopes Musæ ad Ant. Mancinelluꝫ de ioannis chari parẽtis in eum cura maxima. at hic posita: ut & te patrem idem agere in filios tuos admoneãt

¶Qui sapit: is nihilum mage curat teste platone, | Filius
Quam natum claris moribus instruere.
Incipiat lustro finito discere natus: | Filius
Quam nati maior sit tibi cura nihil.
Ignauum iussit plato quemlibet, atqꝫ malignum | Filius
Puniri: quo sit fortior, & melior.
Quod locuples: ꝙ tu sis nobilis: atqꝫ decorus: | Plagæ
Attamen insipiens: quid nisi cæcus eris?
Istæc inter Mancinelli disticha reperiuntur. | Insipiens

¶Qui natos generant: laudandi: quiqꝫ parentes:
Qui tamen erudiunt etiam: magis usqꝫ probandi. | Parentes
Si tibi sit natus: Doctori trade perito:
Perdocet indoctus: quæ dedoceantur oportet. | Doctor

Plagæ Aſſiduo pueros peccantes uerbere cæde:
Corrige: nam prauos nimia indulgentia reddit.
Plagæ Dilecti nati tundendũ eſt corpus acerbe:
Ad mala nutritur, nimio cui parcis amore.
Plagæ Erudit inſtanter natum: qui diligit: at qui
Illum odit: Virgæ parcit, quæcunq́ ferendo.
Sponte puer nolens ſtudiis impendere curam:
Scire minis, ferulaq́ pia, cogendus, acerbis.
Indocilis Sæpius indociles, tardoſq́ monere memento:
Plagæ Impetus, atq́ minæ pueris, & uerbera proſunt.

¶ Hæc quidẽ in Mancinelli ſpeculo de moribus haben tur: pro filiorum cuiuſq́ cura & diligentia excogitata. Quæ uero ſequuntur in Sapphica eiuſdem habẽtur Ode: ubi conſulitur Vxorem ducendam eſſe.

Filiorũ uotũ ¶ Quilibet uero ſuperos adoret
E, bono longe melior reſultet:
Vtili deq́ utilior parente
Progenies ſit.

¶ Cumq́ ſit natus Sapiens parentum
Gloria, æternum decus, & uoluptas:
Et deus prolem bene nutrienti
Præmia reddat

¶ Sint & hi multo magis efferendi
Parentes chari Qui ſuam recte Sobolem parentes
Nutriunt: q̃ qui genuere ſolum:
Nec docuere:

¶ Sit Cato nobis grauior ſequendus:
Catonis filius Imbuit natum ſtudiis honeſtis
Ipſe: Cumprimum puer eſſe cœpit
Aptus eiſdem.

¶ Filio coram (uelut aſtitiſſet
Virgo ueſtalis) nihil impudice
Dixit, aut fecit Cato: Sic agendum
Conſulo cunctis.

¶Et Themistocles docuit stupenda
Filium: rectũ Sonipes gerebat.
Ex equo rectus iaciebat hastam
Fortiter audens
Sic Aristides uoluit doceri
Filium: quicquid reliqui sciebant.
Vnde uirtutum cumulo coæuos
Præstitit omnes

Themistoclis filius

Aristidis filius.

De parentum Cura in liberos/finis

¶De Liberorum erga parentes Obedientia honore/& pietate: per Ant. Mancinellũ Veliternum.

Ex Quibus Auctoribus.

¶Ex Pythagora In Aureis Versibus. Titulo primo.

Parentes honorandos



Arentes tuos Honora: Et Cognatos claros Homines: Nutrire Parentes decet: Vexare, & Contumeliam in eos inferre non decet.

¶Ex Hierocle super aureis Pythagoræ uersibus tit. ii.

Parentes nutriendos.



N Cæteris uero omnibus maxie parentes colemus: eoꝝ corpora curando ꝓmpte: & libēter pecunias suppeditando: Iustum enim, & rectum est: ut ab illis commoditatem capiant: quos genuerunt, & nutrierūt. Itaq; neq; laboribus, neq; pecuniis pcere debemus: Immo hæc omnia parētibus libēter subiicere & subministrare. Nihil enim relinquere decet: quod ad illorum curam, & quietē pertineat. Tantoq; id magis decorum, magisq; honestum fiet: quanto laboriosius fuerit, & seruile. Nam qui hæc læte facit: legem uirtutis seruat: & naturæ charitatem reddit. Talis quidem esse debet: qui parentibus tribuendus est honor.

Iuniorum officia



¶Ex Platone Titulo tertio.

Acere debent coram senibus iuniores: cedere illis locū: atq; assurgere: Parētes colere. Socrates libro. iiii. de rep.

Parentes cibādi sunt.

¶Parentibus quidē fas est, prima & maxima debita persoluere: putare. n. qsq; debet: omnia quæ possidet eoꝝ esse, qui genuerunt: & educarunt. ita ut illis, hæc pro uiribus quisq; ministrare debeat. Primū quidē externa bona: deinde etiā corporis: postremo, quæ ad animū pertinent. Hæc omnia uidelicet mutuo data ꝑsoluens & pro curis, doloribusq; priscis parētū in senecta reddens, qñ maxime indigent. In uerbis quin etiā per totam uitam parentes uenerari maxime decet: Leuiū

Verba

enim uerborum grauissima iminet pœna: Nam omnibus præposita est Nemesis iudicii Angelus, huiusce modi omnium cōsideratrix: Oportet itaque iratis, animumq; explentibus, cedere: seu uerbis, siue rebus id faciant. Non ignorantes patrem iure admodū filio ualde succensere: si quando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. Mortuis uero parentibus monumēta decentissima fiant, Annuas quoq; curas defunctoruz instaurare decet: & noua quottidie repetita memoria semper parentes summope honorare: impendio moderate pro fortuna utētes. Si hæc seruabimus: digna ab diis, cæterisq; natura nostra supioribus, præmia reportabimus. Atheniensis hospes li. iiii. de legibus.

Nemesis
Patientia
Sepulcra
Iusta.

¶ Quicunq; pulsasse parentes condemnabitur: primum perpetuo exulet: deinde & a sacris omnibus arceatur. quibus si minus abstineat: a principibus agri uerberibus Et omnino utcūq; uoluerint, plectatur & si ab exilio reuertat: morte peccata luat. Quisqs uero liber cū huiusmodi hōine comedet, aut bibet: uel aliquo pacto una quicq̄ geret: aut tanget: aut sponte loquetur: is nec in templum ingrediatur: nec in forū: nec omnino in ciuitatē proficiscatur: anteq̄ mundetur. Putare nāq; debet, scelerato se commercio contaminatuz. Quod si non obtemperauerit: sed ciuitatem, & templa iniq; coinquinet: Quicunq; magistratus fieri hoc senserit: nisi confestim punierit: maximaruz iniuriaruz reus est habendus. Idem libro. viiii. de legibus.

Parentem pulsans
Percutiētis prez amicus

¶ Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui unq̄ consulet. Existimandum que est, nulluz apud deos magis honorandum simulacrū habere nos posse: q̄ patres & auos senio confectos, matresq; similiter. Quibus honoratis Deus gaudet: Quocirca, q erga parentes, & auos, cæterosq; huiusmodi recte se gerit: is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omniū optima possidet. Idem li. x. de legibus.

Parentes negligere
Parentes honorandi.

Parentum Imprecationes.

¶Oedipus cōtēptus a/ filiis:ea illis imprecatus est: quæ exaudita/effectaq; ab diis/apud omnes ferūtur. Amyntora quoq; phœnici filio iratum/illi maledixisse ferūt: Et hippolyto thesea:plurimosq; alios aliis: Quibus aptissimum factum est:ab diis p̄ces parentum aduersus filios exaudiri/Nihil enim imp̄catione parentis nō iniuria pernitiosius filio/Nemo uero/quū pater aut mater ab eo contemnitur/tunc solum ab deo putet orationes eorum secundum naturam exaudiri:sed quum ēt honoratur.ac ideo quum lætiores bona liberis ab diis petunt:exaudiri eos similiter existimare debemus: Atq; ideo nobis æqua inde distribui:nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent:quod longe ab diis abesse neccesse est. Idem ibidem. ¶Curent igitur filii ne/parentum imprecationes recipiant:quod quidem erit: si illos nō negligēt:sed amauerīt:honorauerīt fouerīt.

Parentum orationes

Deus est iustus

Ex Aristotele. Tit. iiii.

Sapiens
Bonus
Indocilis



Optimus ille quidem est:ex sese q oīa nouit
Is rursus bonus ē:paret qui recta monēti.
At qui ex se nescit:cuiq̄ nec porrigit aures
Vt bona p̄cipiat:demēs/& inutilis ille est

¶Hæc hesiodi carmīa Aristoteles.li.i.Eth.posuit. Tu ergo fili parētū monitis & disciplinæ obsequiū p̄sta: quo bonus atq; sapiens/non autem demens & inutilis fias.

Pater tractus

¶Et qui trahebatur a/filio:sistere iubebat i ostio: se &.n. patrem eousq; traxisse dicebat. Idem Aristoteles li.vii. Eth. ¶Inde tu fili charis parentibus iniuriā quāpiaʒ caue inferas: Nam ut Terentius scribit: oīum rerum uicissitudo est:hinc & a filiis id recipies/quod tuis parētibus dederis/Deo id p̄mittente:cui oīa patent & fas & nefas Vnde optime Naso inquit li.i.de arte.

Vicissitudo.

¶Expedit esse deos:& ut expedit:esse putemus
Dentur in antiquos thura/meruūq; focos
Nec secura quies illos/similisq; sopori
Detinet:Innocui uiuite/numen adest.

¶Nemo enim unq̃ dignum reddere potest: sed qui quo ad potest obsequit̃: bonus & equus esse uidetur. Quapropter uidebitur, patrem quidem non licere filio ab dicare: filium autem patri licere: debentem enim reddere oportet. At quicquid ægerit: nihil unq̃ iis dignuʒ fecerit: quæ a patre suscæpit: quare semper debet. Ideʒ libro octauo Ethicorum.

Gratus

Parentibus debemus

¶Honorem parentibus ut diis tribuere oportet: Omni quoq; seniori honor est tribuendus, Assurgendo Locuʒue cedendo, & talibus. Idem libro nono Ethicorum.

Parentum honor

¶Ex Hieronymo sancto de Officiis Liberoruʒ erga parentes Tit. quinto.

IN Libro Exodi ita scriptum est diuino imperio: Honora patrem tuum, & matrem tuam, sicut præcepit tibi dominus ut bene sit tibi: Et longæ sis Vitæ super terram. Quam dominus deus tuus tibi dabit. Audite filii salutiferam iussioneʒ: & præcepta legis affectu debiti amoris implete. Seruite patribus futuri patres: Et matres uestras tenera diligite pietate. Nemo patrem asperis uerbis lædat. hoc filiorum ora loquantur: quod parentes delectat audire. Præbeatur patribus amori mixta formido: qui prima nobis sunt causa nascendi. Matribus quoq; debitaʒ impendite reuerentiam: quæ in utero pondus uestri corporis tolerarunt. Quid ipsa memoreʒ nutrimenta: & teneræ infantiæ dulces iniurias? itaq; parẽtibus nemo potest reddere: quod debetur. Irreuerens auteʒ filius quid ab domino expectet Salomonis dicta testantur. Contumeliis afficiens patrem: & contemnens senectam m̃ris, confundetur: & in opprobriis erit. filius derelinquens custodire disciplinã patris meditabitur sermones malitiæ: Maledicenti patrem, & matrem, extinguetur lumen: Et pupillæ oculorum eius uidebunt Tenebras.

Parentes honorandi

Verba

Timor Matris

filius contumeliosus

Lingua

Parentum Aspectus

Audi fili patrem: qui te genuit: nec contempseris quia senuit mater tua. Pareat patri lingua: quam genuit. Et matrem suam nemo crudeli uerbo percutiat. Memēto scripturæ sanctæ: ubi spiritu sancto loquente dictū est. Qui maledixerit patri/aut matri/morte moriatur. Memento ergo parentum esse: q̄ talis es: quorū manibus crementa sumpsisti/Sit tibi grata ipsorum salus: quibus charior est uita tua q̄ propria: Redde uicem colendæ pietatis. Si quicquam sapitis filii: eo animo uidere uenerabiles facies: quo uos ipsi conspiciunt: foueatur parentum senectus. & factis eorum uicissitudo reddatur: habet enim quandam Senectus infantiam. hæc ex hieronymo de officiis liberorum erga parentes.

¶Ex. P.. Paulo Vergerio. Tit. vi.

Gloria

Obedire Equi

Obediens

Equi

Studiosi

Pudor

Præceptor



OMnino liberalis ingenii primū argumentū est: studio laudis excitari: īcendiq; amorē gloriæ. Vnde oritur generosa quædā inuidia: & sine odio de laude/probitateq; cōtētio. Proximū uero parere libenter maioribus: nec esse benemonentibus contumaces. Nā ut equi meliores ad pugnam habentur: qui faciles sunt manu regi: & ad tubarum clangorem arrectis auribus exultant. ita qui iuuenum bene audiunt monitoribus/ & laudati excitantur ad bonum/ uberis spem frugis ferre præ se uidentur. ¶Et quemadmodum Equi cursores meliores habenē: qui dato signo protinus exiliunt: nec calcarium stimulos/aut flagellorum plagas morati subsistunt: Ita Adolescentes/qui cōstitutis horis ad solita studia/intermissaq; paulisper exercitia/Alacres sine monitorē redeūt. ¶Verecundia in tenella ætate signum optimū: bene igitur habet: si & obiurgati erubescant: & castigati fiant meliores: suosq; præceptores ament: nam & disciplinam amari iudicio est.

¶Bonæ indolis iuuenes dicimus:qui effigie ipsa oris & gestu/cæterisq; actibus spem de se bonam polliceri uidentur. Indoles

¶Bene præcipiebat a/Socrate:ut Adolescentes in speculo suam imaginem crebro contemplarentur:ea.s.ratione/ut hi/quibus inesset speciei dignitas/uitiis illã nõ dehonestarent. Qui uero deformiori specie uiderentur:formosos se uirtutibus reddere curarent. Speculum

¶Senibus ac maioribus natu plurimum reuerentiæ adhiberi conuenit:eosq; parentum prope loco existimare. Qui ergo iuuenes libenter senibus hærent:nec ab his facile discedunt:a quibus proficere possunt:ii nõ temere uelle uidentur ætatẽ uirtute præuenire. Senes honorandi.

¶Ante oĩa(siquid ꝓficer̃ de doctrinis uolemus) cõgrui sermonis habẽda ẽ ratio. Et curãdũ ne dũ maiora psequmur/turpiter ĩ minoribus labi uideamur. ¶Proxime huic disputandi ratio adhibẽda est:per quam quid uerum/falsum ue sit/facile argumentando quærimus. Grãmatica. Dialectica

¶Rhetorica uero tertia est inter rationales disciplinas:per quam artificiosa quæritur eloquentia. ¶Proxima huic est poetica:cuius studium & si conferre plurimum/& ad uitaʒ & ad orationem/potest:ad delectationem tamen magis uidetur accõmodata. ¶Ars uero Musicæ(nam & ea audientem delectat) magno quodam apud græcos honore habebatur: Nec putabatur quisquã liberaliter eruditus:nisi cantu/& fidibus: Quã ob rem Socrates(ut ipse senex didicit) ita ingenuos adolescentes erudiri in his iussit: ¶De numeris ratio Arithmetica dicta ẽ: ¶De magnitudinibus/quæ Geometria est appellata. ¶Sed & illa quoq; pulcherrima ẽ: quæ de siderum motibus magnitudinibus/ac distantiis pertractat. ¶Maxime uero scientia de natura/intellectui humano consona atq; conformis est:per quam multorũ quidem possumus causas reddere. ¶Medicĩa Rhetorica Poetica Musica Arithmetica Geometria. Astrologia Physica Medicina

etiam est & cognitu pulcherrima/& ad salutem corpo rum cōmodissima. Verum excercitu habet minime liberale. ℂLegum peritia publice priuatimq; utilis est & magis ubiq; honori habetur: & ipsa quidem a/morali philosophia deriuata est: quemadmodu a/naturali medicina. ℂScientia uero diuina est de causis altissimis/& rebus: quæ semotæ a nostris sensibus: quas intelligentia tantum attingimus. ℂPrincipales itaq; disciplinas fere connumerauimus omnes:non quo unicuiq; omnes necessario apprehendēdæ sint ut doctus tandem aut sit/aut habeat:Sed ut ad qua quisq; aptissimus erit/eam potissimum amplectatur. De doctrinis autem non uidemur id scire:quod nō memoriter scimus:aut non facile reminisci possumus.

Leges

Theologia

Memoria

ℂProderit autem & de cōmunibus studiis una cum sodalibus crebro conferre: acuit enim ingenium Disputatio linguam erudit:memoriamq; confirmat. Ac nō modo multa disputando discimus: sed & q̄ didicimus melius scimus: aptius eloquimur: & firmius recordamur. ℂSed & alios quoq; docendo/quæ scimus non parum & ipsi iuuabimur: Optimu nanq; proficiendi genus est docere:quod didiceris. ℂSingulis autem diebus statutas horas litteris dabimus:neq; negocio ullo abstrahemur/Quo minus aliquid quottidie legamus: Nam si Alexander in castris plurimum lectitare solebat:Si Cæsar cum excercitu proficiscens libros scribebat:Et Augustus mutinensi bello rem tantam adortus semper tamē in castris legere/aut scribere/quottidieq; declamitare consueuerat. Quid poterit urbano ocio interuenire: quod nos diu prorsus ab litterarum studiis auocet? ℂPrimnm itaq; præceptum est: id[illegible] potissimū:ut nequis turpis ludus/aut noxius suscipiatur.Nec nisi quantum aut acuat industriam/aut corporis uires exerceat.Pila/Venatio/Aucupium/Piscatioq;/& delectatione plurima afficiunt animu: & uim membrorum

Disputatio

Docere

Studium

Alexander
Cæsar
Augustus

Ludus

Pila

motu laboreq; confirmant. Sed nec erit quidem indecens cantu/fidibusq; laxare animum: Nam & Pythagoreorum mos hic erat. Lyra

¶Corporis cultus sit decens: Neq; nimium exquisitus: Neq; prorsus neglectus: sed cum rei/loco/temporiq;: tum maxime personæ conueniat. Nimia autē cultus uenustatisq; cura muliebrem animū designat: & multæ uanitatis argumentum est. Cultus

¶Ex magno Basilio. Titulo septimo.



Esiodus inquit: Optimum illū esse: qui per se ipsum (quæ agenda sint) conspicaretur. Sequenti autem gradu/ qui aliorum consilia sequeretur. Qui uero ad neutrū horum aptus esset: eum penitus esse inutilem. Hesiodi carmina.

¶Optimus ille quidem est: ex sese qui omnia nouit: Optimus
Is rursus bonus est: paret qui recta monenti: Bonus
At qui ex se nescit: cuiq̄ nec porrigit aures Inutilis
Vt bona percipiat: demens & inutilis ille est.

¶Cum poetæ uarii/ multiformesq; sint: non omnibus/q̄ ab ipsis dicuntur/adhibenda est mens: sed quum excellentium uirorū facta/aut dicta commemorant: Tunc tota mente moueri/ atq; inflāmari debemus: maxīeq; conari: ut tales ipsi simus: quales illi fuere. Quum uero in improborum hominum mentionem incidunt fugienda est illorum imitatio: Auresq; claudendæ non secus atq; ipsū ferunt Vlyssem ad Sirenum cantus: Prauæ enim confabulationes uiæ quædam sunt ad facinora. Vnde quātum utiliter scriptum fuerit accipientes/ quæcunq; nocere possunt/declinabimus: Cū sola uirtus & uiuenti/& mortuo stabilis sit: & firma possessio. Qua ratione Solon inquit ad diuites: At nos nō permutabimus cum uirtute diuitias: quoniā uirtus firma est: Diuitias uero alias alius possidet. Poetæ Sermo prauus Virtus Solon Diuitiæ

Prodicus Herculis uiæ

ℭProdicus sophista quodã loco librorꝝ suorꝝ de uirtute ac uitiis ait: Herculem (quum adolescens esset) diu secum, multumq; dubitasse: utram uiam caperet: quum duas uideret: unam Voluptatis, alteram Virtutis. inter ambigenduꝫ autem, duas accessisse matronas: Has uero esse, & uirtutem & malitiam. Statim igitur, (& si illæ silerent) manifestam fuisse diuersitatem illarum: uideri enim alteram accuratissime ornataꝫ, fluentem delitiis, & omnium uoluptatum examen post se trahentem. Hanc itaq; omnia ostentantem, & multo etiam plura pollicenteꝫ, secum trahere Herculem tentauisse.

Virtus

Alteram uero asperam, duram, seuereq; intuentem talia e contra dixisse: polliceri se nec uoluptatem aliquã nec quietem: sed labores, pericula, sudoresq; infinitos, terra mariq; tolerandos. præmiuꝫ autem illorum fore, ut ille aiebat, Deum fieri: Et hanc demum herculem secutum fuisse dicit: Et fere omnes, qui modo aliquid in philosophia scripsere: ut quisq; maxime potuit, uirtutẽ laudarunt. Quibus sane credendum est: conandumq; ut in uita nostra id ostendamus.

Pericles

ℭPericles Atheniensis (quum eum quidam probris lacesseret) nihilo est irritatus, neq; animo cõmotus: sed per uniuersum diem perseueratum est, cum ille nullo maledicto abstineret: Hic uero tanq̃ ea res nihil ad se pertineret contemneret: Vespere autem iam facto, & tenebris exortis, quuꝫ iurgator ille uix eo tempore abire uellet: Pericles famulo cum lumine accito, prosecutus est ipsum: ut sibi q̃longissima esset hæc ad philosophiam exercitatio.

Euclides

ℭItem quuꝫ quidam iratus Euclidi megarensi necem minaretur: idq; se facturum esse iuramento firmaret: Euclides contra iurauit se profecto illum placaturum: Effecturumq;: Ne sibi infensus foret.

Socrates

ℭPulsauit quispiam Socratem Sophronisci filiuꝫ, faciem eius petulantissime cædens: Socrates uero non re-

pugnauit. sed illius iræ ac petulãtiæ se permisit: donec ei uultus undiq; tuber fieret. Verum ubi illius ira satiata est: Socrates quidem nihil aliud ægit: Nisi q fronti suæ inscripsit percussoris nomen: quemadmodum statuis fieri solet: ille inquit Hoc opus effecit: nec ulterius ulcisci perrexit. ¶ Operæpretium ergo est aliquod huiusmodi exemplu; succurrere mentibus hominu; ira efferuescentiũ. Hoc deniq; Socraticum illi nostro cõuenit: quod monet, ut percutienti maxillam unam, altera; porrigamus. Illud uero periclis, aut Euclidis simile est illi: quo monemur persequentes expectare: & benigne illorum iras tolerare: Et inimicis bona precari non autem maledicere.

Patientiæ exempla

¶ Haud sane prætereundu; est Alexandri Regis memorabile factum: qui quu; Darii filias in captiuis haberet mirum in modum (ut ab omnibus prædicabatur) formosas ne uidere quidem uoluit: turpe esse ratus: eos, qui uiros uicissent, a mulieribus superari. Hoc autem illi nostro conuenit: q aspiciens mulierem ad uoluptatem, & si rem non consumet, attamen q id cupiat, crimine non caret.

Alexandri modestia

Aspiciens

¶ Clinias Pythagoræ familiaris, cum posset trium talentorum iacturam iureiurando sibi delato effugere, soluere quidem maluit, q̃ iurare: quanq̃ sine periurio id facere liceret. Audiuerat ille, ut quidem mihi uidetur præceptum domini Iuramenta uetantis.

Clinias Iuramentum

¶ Non est corpori seruiendum: nisi quantum summa cogit necessitas: sed anima bonis artibus imbuenda: & e corporum uinculis, ac passionum societate per philosophiam eximenda.

Corpus Anima

¶ Diuitiarum, ut ait Solon, Nullus est Terminus. Verum ad eam rem Theognide Magistro Vtendum est: Quia ita inquit: Neq; Diuitias cupio: neq; uoto ꝑcor.

Diuitiæ

Diuitiis utendum

Sed mihi cõtingat ex paruo uitam agere omni carentem molestia. ¶Oportet autẽ, ut ego quidem arbitror nec absentes diuitias optare: nec præsentibus gloriari: nisi q̃tum scias uti. Sapienter enim Socrates: qui cum uideret hominem diuitiis affluentem: eaq; de causa & fastidio quodam gloriabundum uadere: non prius inquit te admirabor: q̃ notũ mihi fuerit, quo pacto scias uti fortunis tuis. ¶Hæc ex magno Basilio excerpta: quo quidem Adolescentuli facilius recordẽtur: & imitentur ubiq;.

Matris reuerentia

¶Ex. Q. Curtio. Titulo octauo.



Scio apud uos, filiuʒ in conspectu matris nefas esse considere: nisi quum illa permisit. ¶Verba sunt Alexandri magni ad Sisiganbin Darii Regis Persarum matrem. Libro quinto Curtii. Hinc & tu fili Persarum more magna cum reuerentia esto apud matrem.

Parens ametur

¶Ex Senecæ prouerbiis. Titulo nono.



Ames Parentem, si æquus est. Si aliter, feras Præstabis parentibus pietatem: Cognatis dilectionem: Recte parentem & inferiorem laudas: quia pertinet ad gloriam tuam.

Vicissitudo

¶Ex Diogene Laertio de uitis phõrum. Tit. x.



Thales: q primus sapiens uocatus est: Quæcunque ait Stipendia parentibus intuleris: eadem ipse a filiis expecta.

Parens nutriatur

¶Solon septeʒ sapientiũ unus uideẽ id præclare statuisse: Siquis parentes nõ enutrierit: ignobilis & obscurus esto: Sunt etiam eius monita: Noli malis congredi: Deos honora. Parentes reuerere.

Parentum honor

¶Pythagoras aiebat. Deos quidẽ semideis ĩ honore p̃ferẽdos: hoĩbus aũt heroas: parẽtes uero hoĩbus cæteris.

¶Ex Valerio Maximo. Libro .v.c.iiii. de Pietate erga parentes. Titulo .xi.



Oriolanus maximi uir animi/ & altissimi consilii: Optimeq; de republica meritus: iniquissimæ damnationis ruina prostratus: Ad Volscos infestos tunc Romanis confugit. Magno ubiq; ꝑtio uirtus æstimatur. Itaq; ibi breui summum adeptus est imperium: frequenterq; fusis exercitibus Romanis/ uictoriarum suarum gradibus aditum iuxta mœnia urbis Volsco militi struxit: Quapropter missi ad eum deprecandum Legati/ nihil profecerunt. Missi deinde Sacerdotes cum infulis/ æque sine effectu redierunt. Stupebat Senatus: trepidabat populus: uiri pariter & mulieres exitium immi nens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniam uxorem eius/ & liberos secum trahens/ castra uolscorum petiit. quam ubi filius aspexit prope ut amens matris cõplexum petiit. Illa ex precibus in iram uersa/ ait: Sine/ ut priusq̃ cõplexum accipiam/ sciam: an ad hostem/ an ad filium uenerim: captiua mater ne in castris tuis sim. In hoc me longa uita/ & infelix senecta traxit: ut exulẽ/ deinde te hostem uiderem. potuisti populari hanc terrã: quæ te genuit: & aluit. nisi te pepissem Roma nõ oppugnaret. Multaq; insup addidit cõplorando: Quibus/ & uxoris & paruulorum fletibus motus matrem cõplexus/ Expugnasti inqt/ & uicisti iram meã. patriã precibus huius admotis: cuius utero delatus sum: quãuis merito mihi inuisam dono. Continuoq; hostibus armis agrũ roãnum liberauit: uniusq; parentis aspectus bellũ atrox salutari pace mutauit. Hæc ex Valerio. ¶Memor igitur esto fili Coriolani erga matrẽ pietatis: ut & tu illi obtemperes. illam honores: illi non displiceas: Verumtamẽ toto pectore/ totis uiribus ei placeas: eam foueas: ames: ueneteris: & colas.

Coriolani pietas

Virtus æstimatur

Veturia Volumnia

Coriolani pietas

•T.Manlii pictas

¶Lucio Manlio diem ad populum Pomponius Tribu-nus plæbis dixerat:ꝙ occasione benefaciendi belli in ductus/legitimum optinendi imperii tempus excesse-rat. Quodq; filium optimæ indolis iuuenem rustico opere grauatũ/publicis usibus subtraheret. Idq; postꝙ̃ Manlius adolescens cognouit: protinus urbem petiit: & se in Pomponii domum prima luce direxit: qui exi stimans in hoc eum uenisse: ut patris crimina: a quo plus iusto aspere tractabatᷣ: deferret. excedere omnes iussit cubiculo: quo licentius remotis arbitris iudiciuꝫ perageret. Nactus occasionem oportunam proposito suo iuuenis/gladium quem tectum attulerat/distrinxit Tribunumq; minis ac terrore compulsum iurare coe git/a patris eius accusatione recessurum. eoq; effectuꝫ est:ne Manlius pater causam diceret: Commendabi-lis est pietas/ quæ mansuetis parentibus præstatur: sed Manlius filius/ quo horridiorem patrem habuit: hoc periculo eius laudabilius subuenit. qui ad eum diligen dum præter naturalem amorẽ/nullo indulgentiæ blan dimento inuitatus fuerat. Hæc ex Valerio. ¶Sed Liui-us etiam libro septimo scribit:id laudabilius iuueni fu-isse:ꝙ animum eius tanta acerbitas patria nihil a/pie-tate auertisset: ꝙq; non patri modo remissa causæ di-ctio est: sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. suffragio enim factus est Tribunus militũ. Scribit præ terea Liuius patrem. L. Manlium: filium uero. T. Man-lium appellatos. ¶Tu etiam fili parentibus subuenire: uel mansueti/uel horridi fuerint: semper enitere: sem-per illorum Necessitati succurre: Immo Occurre po-tius: id enim tibi & laudi/& honori uti & Tito Manlio fuerit.

•T. Manlius

•L. Manlius
•T. Manlius

Filia matreꝫ lactauit

¶Sanguinis ingenui mulierem/Prætor apud tribunal su-um capitali crimine damnatam/Triumuiro in carcere necandam tradidit. Quam receptam/ is qui custodiæ præerat misericordia motus/nõ protinus strangulauit

Aditumq; ad eam filiæ/sed diligenter excussæ/ nequid cibi inferret dedit:existimans futurum/ut inedia cõsu= meretur. Quum autem iam dies plures intercederent secum ipse quærens/quidnam esset/q tam diu substen taretur:curiosius obseruata filia/animaduertit illam ex erto hubere famem matris lactis sui subsidio lenientẽ: quæ tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad tri= umuirum/a triumuiro ad prætorem/a prætore ad con sulum iudicium perlata/ remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum/ut mater scilicet huberibus natæ aleretur: nisi diligere parentes prima naturæ lex esset. Hæc ex Val. Naturæ lex

¶Notate igitur & Filii & filiæ/quanta illa in matrem pietate & charitate usa fuerit:quo & uos in parentes uestros haud impii/sed pientissimi sitis.

¶Vosquoq; fratres memoria complectar:quorum ani= mus origine fuit nobilior:siquidem admodum humi= les in hispania nati/pro parentum alimentis spiritum erogando/specioso exitu uitæ inclaruistis. Duodecim enim millia nũmum:quæ post mortem uestram iis da rentur:a filiis patietis pacti estis. Sed etiam strenuo ac forti exitu claruistis:Eisdem enim manibus/patietis ul tionem/Epasti pœnam/genitoribus nutrimenta/ uo= bis gloriosa fata peperistis. itaq; tumulis etiam nũc uiui tis:quia parentum senectutem tueri/q̃ uestram pexe= ctare satius esse duxistis. Hæc ex Valerio. ¶Si ergo duo prædicti fratres obire mortem pro parentum sa= lute & nutrimentis non dubitarunt:Non ne & uos fi= lii filiæque parentum uestrorum necessitatibus opem ferre/ubi nulla sit opus morte uiuendo debetis!

Hispanoꝝ pietas

Ex Iustino. Tit. xii.

Cimonis pietas



CImon atheniensis Melciadis filius, patrem ob crimen peculatus in carcerem cõiectũ, ibique defunctum, trāslatis in se uinculis ad sepulturam redemit. Iustinus id scribit. li. ii.

Melciades

¶ Præterea ut Aemylius probus inquit: Melciades accusatus est: q̃ quum paron insulã expugnare posset: ab Dario rege corruptus infectis rebus a pugna discessisset: Eo tempore æger erat uulneribus: quæ in oppugnando oppido cæperat: itaq̃ quoniam ipse pro se dicere nõ posset: Verba fecit frater eius Dagoras: causa cognita capitis absolutus, pecunia mulctatus est. Eaq̃ lis quinquaginta talentis æstimata est: quãtus in classẽ sumptus factus erat. Hanc pecuniam q̃ soluere nõ poterat: in uincula publica coniectus est. ibiq̃ diem obiit supremum. Hæc scribit Aemylius. Inde aũt filius Cimon, ut Iustinus ait, translatis in se uinculis defunctũ patrem ad sepulturã redemit, tanta in patrem pietate affectus erat: ¶ Tu uero ingratissime fili, ne minimum quidem parentum gratia tædiũ pati uelles. Verte iam mores: sume Cimonis inclyti pietatẽ. Ama parentes suggere uictui necessaria. redde quod accæpisti: quis te puerum educauit? uterq̃ parens. Redde utriq̃ uicem.

Cimon in carcere

Ex Herodoto Tit. xiii.

Cleobis Bython



QVum dies Festus Iũonis apud argiuos esset: oporteretq̃ omnino matrem Cleobis & Bythonis (quibus & genus argiuũ erat: & uictus suppeditabat: ad hæc corporis robur tantum, ut & incertaminibus ambo pariter uictores extiterint) ad templũ ferri bobus iunctis: hiq̃ boues ex agro eis ad horam præsto non essent: tunc iuuenes exclusi tempoꝛ iugum subeuntes plaustrum per

traxerũt: quo mater uehebatur: & quinq; ac quadragin ta per stadia trahentes ad templuʒ peruenerunt. Qui bus, quũ hæc fecissent: & omni cœtu cõspecti fuissent optimus obtigit uitæ exitus. per queʒ Deus iudicauit satius homini esse mori q̃ uiuere: Nam quum circum stantes argiui laudibus tollerent uiri quidem consiliuʒ filiorum: fœmine uero eoruʒ matrem: q̄ talibus filiis prædita esset. Mater gaudio perfusa, cum liberorũʒ facto, tum fama, ante simulacrum stans precata est deaʒ: ut Cleobi & bythoni filiis suis daret id: quod optimũ esset homini contingere: post hanc precationem ubi sacrificauit: epulatiq; sunt: quiescentes in ipso delubro nõ sunt amplius excitati: sed hoc uitæ exitu perfuncti Quoruʒ effigies tanq̃ uirorum: qui optimi extitissent, argiui factas apud delphos collocarunt. Hæc scribit Herodotus. li. i. historiarum. ¶ Et quoniã historia (ut Cicero. li. ii. de Oratore inquit) testis est temporum: lux ueritatis: magistra uitæ: Vos quidem filii tam pios in matreʒ Iuuenes imitemini. Non piguit illos quinq; passuum millia & ulterius, sponte matris curruʒ subire & trahere: Cur nam igitur uos paruʒ laboris aut tædii parentum uestrorum obsequio subire negligitis? Sunt illi ob pietatem (qua usi in matrem fuerant) ab omnibus laudati maxime: effigiesq; apud delphos meruerũt Si & uos pii fueritis erga parentes, laudati semper ut illi & grati eritis.

Mors

Historia qd

¶ Ex Plynio Tit. xiiii.

Glires genitores suos fessos senecta, alũt insigni pietate. hæc plynius li. viii. Quid aũt sit pietas. M. Tullius pro plantio aperit dicens Quid est pietas, nisi uoluntas grata in parẽtes? Et li. ii. Rh. pietas est per quã sanguine coniunctis, patriæq; beniuolis officiuʒ & diligens tribuitur cultus.

Glires
Pietas

¶Ex Solino Tit.xv.



Ciconiæ pietas

Ximia Ciconiis inest pietas: & enim quantum temporis impenderint fœtibus educandis: tãtum & ipsæ a/pullis suis inuicem aluntur. Ita enim impense nidos fouent: ut incubitus assiduitate plumas exuãt. ¶Hæc Solinus. ubi paulo superius dixerat/illa: Aues istas ferunt linguas non habere: sonum autem/quo crepitant: oris potius q̃ uocis esse. De Ciconia etiã Iuuenalis Satyra prima dixit Quæq; salutato crepitat concordia nido. allusit enim ad Ciconiam concordiæ dicatam/sub cuius forma colebatur. Quem quidem Iuuenalis locum de Ciconia omnino esse intelligendum: non de Cornice/ut ille dixerat: Ouidius quoq;. li. vi. met. innuit his uerbis. Ipsa sibi plaudat crepitante Ciconia rostro. ¶Si ergo Ciconia tanta utitur pietate in educandis parentibus: illosq; etiam oris sonitu in nido salutat: Quid nam tu homo dei simulacrum/impius es in parentes tuos? Quid te illos aduenientem salutare piget?

Ciconiæ sonus

Iuuenalis locus

Ciconiæ sonus

¶Inter Catinam & Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria: quorum nõia sibi diuersæ ptes adoptant. Si Catinenses audiamus: Anaphas/& Amphinomus. Si quod malunt/Syracusæ/mantiam putabimus/& Critonem. Catinensis tamẽ regio causa; dedit facto: In qua; se quum incendia ætnæ protulissent: Iuuenes duo sublatos parentes euexerũt inter flãmas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas uenerata est: ut Sepulcri locus nominaretur campus piorũ Hæc solinus ubi de Sicilia loquitur. ¶Quocirca & uos filii Siculorum frattum pietatis memores parentibus uestris opem ferre cunctis in rebus ultro conari debetis.

Siculorum pietas

Campus piorum.

¶Ex Aulo Gellio. Tit. xvi.



Auri philosophi Sententia fuit: In publicis locis, atq; muneribus, atq; actionibus, patrum iura cum filiorum (qui in magistratu sunt) potestatibus collata, intergescere paululum, & conniuere. Sed quuз extra remp. in domestica re, atq; uita sedeatur: ambuletur: in cōuiuioquoq; familiari discumbatur: tum inter filium magistratum, & Patrem priuatum, publicos Honores cessare: naturales & genuinos exoriri. Hæc ex Gellio. li. ii. c. ii.

Filius magistratus
Pater priuatus

¶Itaq; si maxima est habenda parentibus reuerentia ab his etiam filiis: qui magistratum gerunt: ubicūq; extra remp. in locis quidem priuatis fuerint: quanto maior haberi debet abs te priuato!

¶Quæri solitum est in philosophoꝝ disceptationibus: an semper, inq; omnibus iussis patri parendū sit: Sententia optima atq; tutissima uisa est: In quibusdam parendum: Quibusdam non obsequendum. Sed ea tamen: quæ obsequi non oportet: leniter & uerecunde, ac sine detestatione nimia, sineq; opprobratione acerba reprehensionis, declinanda sensim: & relinquenda esse dicunt: q̃ respuenda. Omnia autem quæ in rebus humanis fiunt: sicuti docti cēsuerunt: aut honesta sunt aut turpia. Quæ sua ui recta aut honesta sunt: ut fideз colere: ut patriā defendere: ut amicos diligere: ea fieri oportet: siue imperet pater, siue non imperet. Sed quæ iis cōtraria: quæq; turpia & omnino iniqua sunt: ea ne si imperet quidem. Hæc ex Gellio. li. ii. c. vii.

Parentibus an paréduз.
Res huãæ.

Ex Salomone in prouerbiis. Tit. xvii.



Audi fili mi disciplinam patris tui: Et ne dimittas legeз matris tuæ: ut addatur gratia capiti tuo: Et torquis collo tuo.

Filius obediens.

Filius sapiēs ¶Filius sapiens lætificat patrem: Filius uero stultus mæstitia est matris suæ.

¶Dolor patris/filius stultus.

Filius iiquus ¶Qui affligit Patrem: & fugit Matrem: ignominiosus erit/& infelix.

¶Qui maledicit patri suo/& matri: extinguetur lumen eius in mediis tenebris.

Filius ī uerēs ¶Ex Ecclesiastico Titulo decimo octauo.

Qui honorat patrem suum/ iucundabitur in filiis:& in die orationis suæ exaudietᷓ. Qui honorat patrem suum uita uiuet longiore. Qui timet dominum: honorat parentes & quasi dominis seruiet his:qui euꝫ genuerunt:In opere/ & in sermone/& omni patientia Honora patrem tuū:ut superueniat tibi benedictio a/ deo. Benedictio patris firmat domos filiorꝝ. Maledictio autem matris eradicat fundamenta: Ne glorieris in contumelia patris tui:non enim tibi gloria/sed confusio. Gloria eniꝫ hominis ex honore patris sui:Et dedecus filii pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui: Et non cōtristes eum in uita illius. Elemosyna enim patris/ non erit in obliuione. Quaꝫ malæ famæ est:q derelinquit patrem:Et est maledictus a/deo qui exasperat matreꝫ.

Parentibus seruiendum

Maledictio

Filii gloria

Filius prauus

Filiorum obedientia

¶Ex Paulo Apostolo. Titulo decimo nono.

Filii obedite parentibus uestris in domino: hoc enim iustum est. honora patrem tuum & mattrem tuam:ut bene sit tibi:& sis longæuus super terrā. Paulus in epl'a ad Ephesios.

¶Ex Matthæo euangelista Titulo.xx.

Honora parentes

Nam deus dixit:Honora patrem/& matreꝫ: & qui maledixerit Patri/ uel Matri: morte moriatur. Christus in Matthæo.

¶Ex Vergilio Tit. xxi.

e
Ia age chare pater ceruici imponere nostræ:
Ipse subibo hu͂eris: nec me labor iste grauabit.
Quo res cunq; cadent: unu͂/& cōmune piclu͂/
Vna salus ambobus erit.

Aeneæ pietas

Ascanium: Anchisenq; patrem: teucrosq; penates
Commēdo sociis. Aeneæ uerba sunt apud Maronē li. ii. æn.

¶Incensa troia græcoru͂ flāmis/ Anchisæ troiani filius Aeneas: qui ut homerus scribit. li. xi. iliados: e/ troianis uelut Deus a/ populo in honore habebatur. tanta erga parentem pietate/& charitate tenebatur: ut humeris illu͂ gerens (& si clarissimus erat) ex hostibus & incendio liberarit. quo quidem labore (ut aiebat) nil grauabatur. Quæ eni͂ sponte/ animoq; libenti aguntur: & si difficilia sint: fiu͂t leuia. Hinc nostro in Speculo illud: Si facis inuitus: leuiores aspera fiet: Res dura apparet mollis: si sponte labores. Scripsit aute id Mantuanus Poeta de tanti uiri pietate in patrę͂: Vt & te quoq; doceret parentum obsequio/& saluti paratissimum fore/ omni loco/& tempore: ubi & quando tuo studio/ tua opera /tuo præsidio indiguerint.

Aeneas

Inuitus
Volens

¶Vnum oro: genitrix priami de gente uetusta
Est mihi: quam miseram tenuit non ilia tellus
Mecum excedente͂: non mœnia regis Acestæ.
Hanc ego nunc ignara͂ huius/ quodcunq; pericli est/
Inq; salutatam linquo: Nox/& tua testis
Dextera: q nequeam lachrymas perferre parentis.
At tu oro solare inopem: & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: hac audentior ibo
In casus omnis. Euryali uerba sunt ad Ascaniu͂ apud eundem Maronem. li. viiii. æn.

Euryali pietas

¶Obsidentibus nouam troia͂ in latio Rutulis ardeæ populis Turno duce: nanqne Aeneas ad Eu andru͂ arca

dum rege3 petendi auxilii gratia profectus erat: qui arcadia profugus pallanteum urbem in palatino monte ædificauerat: Ascanius e͠t puer a patre in troia relictus cum troianis proceribus nocte media de mittendo ad patrem nuntio consultabat. Tum Nysus, & una Euryalus amicissimi quidem, ultro sese ad Aeneam nuntios obtulerunt. Et quia per hostiu3 castra eos nõ sine apto periculo transire oporteret: Euryalus pene puer summa in matrem pietate ductus, illam Ascanio cõme͠da uit: Inquiens inter cætera: Vnum oro, Solare inopem matrem: Succurre a me relictæ: Hac habita spe aude͠tior ibo in omnis casus, in omne periculum. Quibus sane uerbis quanta in matrem charitate Euryalus afficeretur, ostendit. Noluit enim illinc discedere priusq̃ ipse Ascanius debitam matris curam suscipere ei pro mitteret: quo impetrato exultans abiit.

Euriali pietas

¶ Sed quæ tibi: quæ huic: quæ illi parentu3 cura? minima immo nulla. Eos enim relinquitis nulli ascanio comme͠datos: omniumq; egenos. Cauete obsecro filii tale crimen, & scelus eiusmodi: libentiq; aĩo & hilari uultu honorate, & nutrite: qui uos genuerunt: qui uos benigne, religioseq; educarunt: & instruxerunt.

¶ Ex Mancinello Tit. xxii.

Parentibus obedias

DOctrinã fili debes audire parentum:
 Despiciens illos omni uirtute carebis.

Sapiens Demens

Lætificat patrem sapiens: cõtristat ineptus:
 Gl'a magna p̃ris sapiens: infamia deme͠s.

Apes

Paret Apes ultro regi: comitatur euntem:
 Tu refugis parere tuo: te dignior illa.

Amoris gradus

Dilige præcipue patriam: post deinde parentes:
 Hinc natos: totamq; domum: clarosq; propinquos.

Gratia

Gratia uirtutum cunctarum maxima fertur:
 Inde nihil malis: q̃ te gratum esse uideri.

Tum re, tumq; animo debes gratissimus esse: Gratus
Hac re dignus eris prompto cuiusq; fauore
Gratia plus multo reddat, q̃ sumpseris ipse: Gratia
Pinguis ager ueluti, referas tu plura benignus.
Irasci noli Domino reprehensus: amatur Reprehẽsus
Ab domino quicunq; suo: reprehenditur idem.
Gratia mansuetis domino tribuetur olympi: Mansuetus
Quiq; superbus erit: cæleste fauore carebit. Superbus
Est humilis sapiens: insanus quisq; superbus Humilis
Clæmentis uita est iucundior, atq; superbi. Clæmens
Hæc ex speculo de moribus & officiis.

¶De filiorum erga Parentes Obedientia, Honore, & Pietate hic finit.

Ad Petrum Turris Dioecesios Comensis.



SIquid iucunditatis aut commodi Lectoribus hi duo mei libelli contulerint Petre mi Prudentissime: Tibi omnes apprime debebunt: Tu nãq; editionis causa potissima: q tuis sumptibus imprimi uoluisti: Quo quidem & Camillus, & Marius, & Aurelius, optima indole p̃stantiq; forma filioli tui: Quo etiã cæteri parentibus auscultarent, obsequerentur, & pii forent: Parentesq; ipsi liberis suis & diligentius & recte consulerent. Illi ergo, & liberi omnes ad unum tantæ benignitati debere nõ desinẽt. Deusq; optimus maximus & tibi & liberis tuis iccirco præmia referet. Vale cum tuis omnibus. Hæc Romæ Cal. Nouemb. .MDII.

Petrus turris
Camillus
Marius
Aurelius

Ant. Mancinelli Veliterni Primus Epigrammaton Libellus.

¶ Ad. D. Gabrielem Gabrielis fanensem: Vtriusq; Iu. Doctorem illustrem: Græcæ etiam linguæ peritissimu3. Iulianiq; Sancti Petri ad Vincula Cardinalis Secretarium, & Auditorem.

INsignis Gabriel, priæ diadema r̄fulgēs
Vtraq; iura tenēs: sis memor usq; mei.
Tu siqdē p̄stare uales quēcunq; fauorē:
Tu mihi p̄sidium, tu decus esse potes.
Cardineo cœtu nemo est te gratior: inde
Quamprimum solitus sæpe fauere tuis.
Sum tuus: ergo uelis (simulac opus) esse benignus
Me tege: me foueas: me tueare tuum.
Sic Ludouicus Germani filius, alter
Pheraulas: detur summa Tiara tibi.
Eligo te nostri tutorem carminis: audet
Liuor iners contra quemlibet ire pium.
Sume patrocinium: uoti sic esto frequenter
Compos: sic foueant teq;, tuosq; poli.

¶ In poetam quemlibet immodestum

Si solus sapiens poeta fertur:
Nunquid tu sapiens poeta turpis?
Castæ pierides colunt pudica.
Quis te nam rapuit furor miselle
Obscænis uenerem notare uerbis?
Corrumpunt mala uerba cuiq; mores:
Non est propterea legendus ille,
Obscænam uenerem notans poeta:
Hunc tantum ueneris legat maritus.
Siqui carminibus perimpudicis
Gaudent: abstineant meis libellis,
Quod nudæ ueneri, nihil dedere.

¶ Ad libellum cur exeat

Dic mihi cur properas nostris exire libelle
  Aedibus: & fratres quinq; præire tuos?
Sacra fero: comitabor eis ubi uenerit aura:
  Sacra ferens cupio quenq; docere pium.
Si lubet ire: petes Gabrielis limina supplex
  Eius enim musæ ianua quæq; patet.

¶ In Latratores ad lectorem

Sunt qui se reputent, & arbitrentur
  Doctos: si maledixerint peritis.
  At nos inuidia uacemus omni:
  Contenti penitus manente sorte.
  Et siqui maledixerint: precemur
  Vindictæ Nemesis uelit fauere.

¶ In Natali Iesu Christi Oratio

Omnipotens celebrare tuum natale solemus
  Quoq; anno: redeat lætius usq; uelis.
Da patriæ populũ numerosum: da sapientem:
  Consorti imponat nulla puella suo.
Turpia nullus amet. procul hinc sit dira uoluptas:
  Nullus auaritiæ, perfidiæq; locus.
Quisq; deum timeat: ueneretur: diligat: oret:
  In sanctos nemo uerba nefanda ferat.
Sit pietas cuicunq; uiro: cuicunq; puellæ:
  Pauperibus Gazæ, diuitibusq; fluant:

Ad Eucharistiam oratio

Christi corpus Aue nostri tutela, salusq;:
  Omnipotens magni Conditor orbis aue.
Te genus humanum summa pietate redemptum:
  Te patuere poli: qui latuere prius.
Iure celebramus passim miracula sacri
  Corporis: & puri sanguinis inde dati.
Suscipe uota precor: precibus simul annue nostris
  Da pacem populis: bella cruenta feris.
Sæua lues: & dira fames: genus omne ueneni
Sint procul a nobis: affluat usq; ceres.

Nemo piis obsit: crudeles reddito mitis:
Quisq; uoluntati deditus esto tuæ.
¶ Ad Eucharistiam Oratio ex Symbolo.
Christe redemptor aue, nostri tutela perennis:
Omnipotens rerum summe creator, aue.
Tu deus æternus: pater idem: filius idem:
Pneumate cõceptum quem pia uirgo parit.
In cruce defunctus nostri pietate reatus,
Ima petis: reuocat tertius inde dies.
In cælum remeans resides ad dextera patris:
Iudicium per te sentiet omne genus.
Qui malus, ima petet: cælestia regna beatus:
Vnde precor doceas quenq; salutis iter.
Sit procul a nobis passim tentator iniquus:
Decipiens astu, criminis auctor inest.
Sicq; fugat per te cælesti sede redemptos:
In barathrum stygios quæso remitte canis.
Hymnus in Diuum Nicolaum
Esto tutelæ Nicolae nobis:
Qui tuum numen colimus subinde:
Esto defensor Nicolae cætu
Discipulorum.
Tradito mentem pueris sagacem:
Quisq; doctrinæ studium frequentet.
Crimen euitent pueri colentes
Te Nicolae.
¶ Luce qua primum genitus: lauando
Surgis in peluι: Teneris ab annis
Mercuri libas, uenerisq; luce
Vix semel huber.
Pauperi natas ueneri daturo:
Tres quidem: Virgo tamen unaquæq;
Aureum pondus tribuis latenter
Nocte silenti.
Præsul electus meritis fuisti
Vrbe Myrrhea: licet id negares:

Legimus natum pataræ fuisse:
Vrbs lyciæ quæ.
¶ Te colunt nautæ: quoniam periclo
Liberas illos helenæ minantis:
Tu fame pressis alimenta frugum
Tradis abunde.
Nanqꝫ frumentum capis a moranti
Naue tum portu: modios fuisse
Legimus centuꝫ: tamen id duobus
Sufficit annis.
Cæterum nautis nihilum deesse
Computo primi numeri repertum est:
Inde miraclum cecinere passim
Te uenerantes.
¶ Mutuum nollet quia Christianus
Rite iudæi manibus referre:
Et tuis aris bene credidisset
Testibus ille:
In uia currus lacerat prophanum:
Quare iudæus tulit esse christi
Velle/si cæsum Nicolae uitæ
Restituisses
Illico surgit ueniens ab umbris
Debitor curru laceratus acri:
Inde iudæus laticem sacratum
Rite subiuit.
¶ Alter hebræus Nicolae credens
Iam tuis actis: Statuam decenter
Atqꝫ deuote retinebat intus
In penetrali.
Quum tamen longe solitus meare:
Cuncta commendans statuæ/minatur
Verberum sæuas adhibere plagas
Ni bene seruet.
Turba latronum rapuere cuncta:
Ille regressus statuam cecidit:

Hinc cruentatus Nicolae sistis
Ante latrones.
Dicis & sæuas habuisse plagas
Propter ipsorum scelus,& rapinam.
Ergo deberet citius referri
Tota supellex.
Secius pœnam sceleris subirent
Furculis anxi:Stupuere fures:
Inde quamprimum retulere quicquid
Diripuissent.
Cæpit hebræus fidei sacramen:
In uiam latro rediit salutis.
Quæsumus tutor Nicolae fias
Sic quoq; nostri.
¶Filii causa genitor studentis
Te celebrabat Nicolae,tradens
Prandium clero·petiit cibatum
Limine pauper.
Filio iussit,daret ut petenti
Quicquid optaret:puer inde currit:
Neminem cernens sequitur citato
Passu, abeuntem.
Spiritus uero puerum malignus
Strangulat:uiuum Nicolae reddis.
Inde deuote studiosa pubes
Te ueneratur.
¶Nobilis quidam Nicolae quærit
Impetres natum sibi:uouit inde
Aureum cyphum tibi,filio cum
Ducere uelle.
Creuerat natus:fuit inde crater
Pulcher effectus:placuit parenti:
Vnde conuertit proprios in usus:
Fitq; secundus.
Nauigat tandem tua templa quærens:
Et iubet nato,laticem marinum

Hauriat cypho prius apparato:
Mergitur ille.
Nauigans uenit pater ad Sacellum:
Obtulit cyphum tibi: qui secundus.
Sed ter ex ara cecidit repulsus:
Prô stupor ingens.
Alterum natus retulit deinde
poculum: qua re tibi dantur ambo.
Nam puer tutum retulit fauore
Se Nicolai.
¶ Alteri quod tu Nicolae tradis
Diuiti natum: domibus sacellum
Struxit: hinc illo solitus quot annis
Te uenerari.
Filius tandem capitur, parente
Inscio quanam latitaret urbe.
Sed tamen regi fuerat dicatus
Ille minister.
Aureum cyphum retinens gemebat
Regis in cœna: petit ille causam.
Fert puer: lucem decorant parentes
Hanc Nicolai.
Rex agat dixit Nicolaus ut uult:
Hic eris. uento rapitur furenti
Ille cum cypho: pariterq; fertur
Ante sacellum.
His quidem constat Nicolae cunctis:
Esse te mitem, facilem, benignum
Qui tuum numen colit: inde passim
Te ueneramur.

¶ Ad diuum Nicolaum Oratio.

Qui tuis adsunt nicolae sacris:
Quiq; deuoti celebrant quot annis
Hunc diem: cunctis Nicolae quæso
Tradito pacem.

Hac enim uita est hominum quieta:
Hac iter tutum: bona cuncta crescunt.
Lite, (quæ magno fuerant labore
Parta) liquescunt.
Pax tuis ergo fuerit perennis:
Detur & uirtus, sophiæq; lumen:
Quæ iuuant, adsint: procul esto, quicquid
Læderet usquam.

¶ Ad Nicolaum sanctum Oratio

Da Nicolae mihi: da te uenerantibus astra
Incolere: illustres qui tua templa petunt.
Obsequium pueri præstent utriq; parenti:
Sint dociles: uitent turpia: recta colant:
Te duce, qcquid agunt, pagant: sine crimine uitam
Ducere nos omni tempore posse dato.
Siqua nocēt, pcul esse uelis: bona quæq; redūdēt
Se tibi commendans te duce summa colat.

¶ Ad diuum Nicolaum Oratio.

Te cuncti Nicolae quotquot annis
Deuoti ueneramur æde sacra:
Te pubes celelebrat scholasticorum
Quo fiat docilis, pudica prudens:
Da cunctis igitur colentibus te,
Vt uoto potiantur ad salutem.
Nil desit pueris, nihil parenti:
Nil desit mihi, nil meis propinquis:
Felicem tribuas mihi iuuentam:
Felicem quoq; tradito senectam.

¶ Oratio ad Nicolaum sanctum.

Sis ultor Nicolae tuis: crucientur iniqui:
Sæua manus pereat, si nocet illa tuis.
Qui tua festa colunt: passim lætentur. iniquus
Fiat inops, orbus, perpetuumq; miser.
Sum tuus: inde lubēs ueneror tua sacra quot ānis
Quicquid obesse potest: id procul esse uelis.

Nil mihi dira lues, nil obsit turpis egestas:
Da uictum facilem, perpetuumque decus.

Ad Nicolaum. S. Oratio

Da nunc alme tuis, da mihi iugiter
Pacem, diuitias, sæcula nestoris.
Hi cuncti ualeant tempore quolibet:
Nil obsit patriæ, nil mihi, nil tuis.
Nil desit populis te uenerantibus.
Hinc hostes fugiant, diraque numina:
Absit pestilitas: turbaque febrium.
Non desit cereris copia refluens.
Lenæum tribuat uinea plurimum:
Ignauus redeat te sapientior.

¶Ad diuum Nicolaum Oratio

Adsis o, Nicolae
Cœtu discipulorum:
Intret regna polorum
Adsis o, Nicolae.
Da mentem studiosis
Qua fiant sapientes:
Ne sint insipientes,
Adsis o, nicolae
Insignes pietate:
Virtutum sitibundi:
Ne sint inuerecundi
Adsis o, nicolae.
Quo sint relligiosi:
Et cunctis uenerandi
Illustres, & amandi
Adsis o, nicolae
Da cunctis bona secli:
Culmen diuitiarum
Tu custos animarum
Adsis o, nicolae.
Qui te nocte dieque
Deuoti uenerantur
Hi uoto potiantur:
Adsis o, nicolae.

¶Ad Nicolaum. S. Oratio

Qui tua templa pie subeunt nicolae quot annis
Vir mulier ue fuat: protege quæso libens.
Suscipe uota, preces: exaudi quemlibet ex te
Quærentem auxilium, subsidium ue sibi.
Esto procul nobis crimen quodcunque nefandum:
Quilibet exoptet nil, nisi grata ioui.
Da pater istius conseruatoribus urbis
Qua mentem ualeant omnia rite geri.
Discipulis solitum præstes nicolae fauorem

His adsis: hos tu dilige: meq; simul.
Dirige mentis iter: gressus quoq; dirige passim:
Te duce saluemur: dirige mentis iter.

¶ Ad diuum Nicolaum Oratio

Qui Nicolae soles defunctis reddere uitam:
Naufragiumq; leuas, esuriemq; tuis:
Qui tibi uota canunt ægrotis redde salutem:
Siqua pericla tuis: impiger affer opem.
Me Nicolae tibi commendo sanus & æger:
Da mihi consilium: da mihi semper opem.

¶ Ad Nicolaum. S. Cur nam diuersa sibi epigrammata edita

Cur Nicolae tibi diuersa epigrammata Clio
Nostra dedit: siquis posceret: illa refer.
Bis mea natalis celebrauit festa poeta
Nunc octo pueris: nunc duodenariis.
Quisq; tamen uario cultu, uariaq; figura:
Quod mihi, qđ populis gaudia summa dedit.

¶ In Cæreo Nicolai sancti carmen

Cæreus illustrat ueluti Nicolae tenebras:
Omnibus illustres pectora discipulis.

¶ In Face Nicolai. S. carmen.

Lumine fax oculis ueluti fugat undiq; noctem:
Erroris nebulam tu Nicolae fuga.

¶ Ad. C. Card. Valen. Legatū ad Federicū parthenopæum regē coronandum.

Parthenopen adiens cælesti sede profectus:
Quo duce magnanimus Rex Federicus erit:
I, felix: felixq; redi: summusq; sacerdos:
Annuat optatis iuppiter ipse meis.
Fata simul digitis deducant stamina puris:
Nulla dies fuerit: nox tibi nulla grauis.
Vtq; frequens populus tete colit, & ueneratur:
Exoptans uitæ sæcla benigna tuæ.
Dilige: tutator: foueas pater alme Velitras
Consilium nobis, subsidiumq; dato.

Pontifici summo nulla est urbs fidior ista
Nulla magis premitur: negligiturq; magis.
Iamq; uale: clauesq; tibi donentur olympi:
Si patriæ fueris tutor ubiq; meæ.

¶ Aeger, & Puer initio rite curandi.

Rite quis, an praue, circa primordia refert
Curetur. docta conualet æger ope.
Ni puer ediscat recte primordia: nunq̄
Doctus erit: docta conualet æger ope.

¶ Motus, & quies.

Corpus exercens nimio labore
Languet: exercens ualet id modeste.
Ocium menti nocet, atq; membris:
Motio prodest.
Corpori robur parit, & decorem
Motus: illustrat tenebrosa mentis
Discitur motu: fugiunt quiete
Cognita pridem.

¶ Corpus quiete lãguet: labore uiget.

Desidia corpus languet, nimioq; labore:
Desidiam uites: sit labor inde breuis.

¶¶ Aenigma .xii. Fratrum:
quorum cuiq; .xxx. Puellæ.

Vnus habet natos diuersis moribus: illi
Bis sex: cuiq; tamen dena puella ter, est
Hæc nigret: hæc albet: rubet hæc: pallet tamẽ illa:
Mortales omnes, perpetuæq; manent.
Est ænigma decens: petis a me pollio rite
Exponi: docuit quicquid Apollo feram.
Bis seni menses, nati bis sex, uocitantur.
Terdenusq; dies, dena puella ter, est.
Nox nigret, & pallet luna tendente per altum:
Mane dies ruber est: post tamen albus erit.
Præteritiq; dies pereunt: uiuuntq; sequentes:
Sic omnes pereunt: sic quoq; non pereunt.

Sic ænigma tuum declarat nostra thalia:
Si bene:lætamur:si male:solue mihi.

¶Secreta non reuelanda.

Alterius secreta uidens/nulli manifestes:
Quid nocuit cornix/uel tibi corue loquax?
Lingua nigrum fecit referens arcana puellæ:
Nyctimenæ cornix cedere iussa loquax:
Qui reticet dilectus erit:contecta reuelans
Est odio:retice siqua tegenda putes.

¶Mortalis uitæ incommoda morte uitari Defunctus Infans Angelus .D Iustini Carosii Filius asserit.

Scis me cælicolam:scis quanta pericula uitæ:
Quot curæ/ærumnæ:quantus ubiq; labor.
Hic fodit:hic hamo piscatur:ratibus ille:
Militat hic:ille est æpolus:ille faber.
Hic pendet furtis:hic mergitur:ille marito
Cæditur:hic igni flagrat:at ille ruit.
His ego uitatis scandi cælestia regna:
Angelus effectus uirginitatis ope.
Vos agit/& uexat curarum summus aceruus:
Mortali uita est nocte dieq; grauis
Incola sum cæli:pro uobis numina christi
Virginis auxilium/subsidiumq; precor.
Dementis fuerit quenq̄ lugere beatum:
Me cælestis habet regia/terra prius.

¶Ad lugentem de barba tondenda.

Dic mihi quid prodest defunctis barba parētum:
Quid prosunt luctus:quid sine fine dolor?
Nosce nihil:depone igitur quæcunq; dolori
Accedunt uano:tristitiamq; leues.
Sic tibi/sic domui fueris/sic gratus amicis:
Quiq; obiit/leui te/bene lætus erit.

¶Mors malorum finis.

Dum uita frueris:nunq̄ dicare beatus:
Fortunæ ancipiti subiacet omne genus.

Felicem reddit fati sors ultima quenque:
Nam mors uenturi finis & ora mali.
Felices igitur minimo qui tempore uiuunt:
Cum mors felicem reddere sola queat.

ℭFortunæ Simulachrum

Fortunam pedibus carere dicunt:
Hæc alas retinet, manusque solum:
Palmis fert regimen ue, copiam ue:
Extensis manibus repellit alas:
Hinc est lubrica semper: hincque cedit
In spæra residens ut inquieta.
Ergo nec manibus, nec illa duris
Vinclis, ni placeat, tenetur unquam:
Qui paulum sapiunt: minusque cernunt:
Inuitam quoque se tenere credunt.

Fortuna instabilis

Tempore non omni uultu fortuna sereno
Arridet: caueas ergo superbe tibi

ℭVrbanæ uitæ cedendum

Quo magis experior uitæ mortalis iniqua
Fata: animaduerto tristia cuncta mihi.
Nam cuicunque meæ res cōmittuntur: inique
Tractantur: nemo est fidere cui ualeam.
Affines agris, uinetis, moenibus, hortis
Vlterius tendunt quam sua iura uelint.
Vinitor, ac messor, me decipit: & faber omnis:
Ingrati patres, discipulique simul.
Pectore enim fido: summa quos instruo cura:
Oderunt: probitas officit ipsa mihi.
Esse malum fortasse mihi præstaret: ut illis:
Natura mitis non ualet esse nocens.
Quid faciam? turbæ cedendum: relligioni
Hærendum sanctæ: quæ nemus usque colit.

Mancinelli Sors

Esse aliquem miserum breuiori tempore: fertur:
Perferre ærumnas longius: haud facile.

Experto credas: reparauit cornua poebe
Iam quater: indigeo quod stipe/farre/mero.
Ditior est cunctis Respublica: paupera nobis:
Spe saltem fruerer/si stipis æra negant.
Quæstori nunquam deest nobis causa negandi:
Cui soli cymbæ tradita cura meæ.
Quam miserā dederint sortem mihi fata maligna
Aspicite/o/superi: uir/mulierque simul.
Vnicus esse potest uitæ tutela/salusque:
Vnicus esse potest mortis acerba lues.

¶ Pacis/& Iræ diuersi effectus.

Pax hominis proprium: crudelis at Ira ferarum:
Propterea iratum dicimus esse ferum:
Virtutum summa est clæmentia Iustitiæ pars:
Ira iniustitiæ fons & origo mali/
Hinc etenim rixæ: cædes: hinc causa malorum:
Troia cadit/Babylon/Byrsa/Corinthus ea.
Hæc natos perimit: Progne/Medeaque testes:
Chara parens ira cæditur/& Genitor.
Omnia pax auget: regnum concordia seruat:
Pace domus tuta est: urbs: ager: æquor: iter.
Commoda tot pacis contemnēs/ nō ne uocādus
Stultus & insanus? tu tamen ista fugis.
Ira placet: bona crede mihi iam parta labore
Deficient: posthac nullus amicus erit.

¶ Ad Georgium hortatio ad studium.

Clam sicut celeres fluunt diei
Horæ: sic pueri latenter ætas:
Hinc oro studium sequare laudis:
Dum tempus patitur: colit magister.
Nil desit tibi/nil: deest uoluntas:
Hæc adsit facito: studebis usque.
Cedunt ingenio tibi coæui:
Nam discis propere: diuque seruas.
Cur non uis igitur libens studere?
Tempus nosce/tulit Vir ille prudens:
At tu/ceu nihilum/sinis perire.

¶ Ad Saldinum Hortatio ad Idem.

Quamprimum fugiunt dies sereni
Pars uitæ melior: nec apta rebus
Succedit facies opaca noctis:
Quocirca Sophiæ uacare debes
Cœpisti ueluti micante sole.
Qui phœbum sinit ire, nil agendo,
Sperans in tenebris onus subire:
Vana spe, nihilum rependet, actus.
Quod coenes tibi, non agenda serues:
Quod debet fieri, statim sequaris.
Sollers ingenium tibi, sagaxq:
Non debes igitur uacare nugis.

Ad Vincentium. D. Iustini carosii filium Hortatio ad studium.

Chare Vincenti studeas oportet
Patre uiuenti, teneris ab annis:
Tunc enim molle ingenium docetur
Absq; labore.
Hæret ætati teneræ Minerua:
Virgini uirgo fauet: impudicos
Horret, expellit: sequitur modestos,
Est studiosos.
Ergo dum molle ingenium studeto:
Dum pater uiuit: datur & magister:
Non datur semper studii facultas
Id licet optes.

Infortunati Sors

Semina dispersi cāpis: at messuit alter:
Et triui frustra tempora cuncta miser.
Alter abundat aquis: sitis est mihi semper egenō
Alter & ascendit: pauper at ima peto.
Alter aues gessit: per me sed ractia tenta:
Plumaq; dumtaxat restitit alba mihi.
Iamq; fuit diri uoti Rhamnusia compos:
Suppetias tribuit nec cytherea suas.

Sed repetit quandoq; ustum Dea cæca dolentez
Euenient igitur tempora læta mihi.
In impium de fortunæ rota:
Te rota nunc summuz fortunæ continet: hinc es
Omnibus immitis: uoluitur illa breui.
Tunc ego conscendam stultissime: pēdere pœnas
Cogeris supplex: nec tibi mitis ero.
Nanq; uicem reddā, ut nemesis pmit illa supbos.
Vocibus & lachrymis pascar inique tuis.
Ergo miser fueris, superas dum uesceris auras,
Iam iam ni statuas mitior esse mihi.
Ad Chembum fisci Depositarium
Si Chryson mihi Chembe dabis: pia musa p orbez
Te canet: incipias soluere quæso libens:
Pelle moram: loculos aperi: numerato repente
Quod genus & formam tradere cuiq; solet.
Si pius: ut fertur: si nemo benignior esse
Te canitur: res id comprobet acta mihi.
Sic & uterq; parens, Natus simul impleat annos,
Pyrrhonis: numera Chryson, & Argyrion
Autumnus cur morbidus.
Iam caueas quicunq; uelis curare salutem:
Cras erit Autumnus morbidus, atq; grauis.
Languescunt homines Autumni tempore, ppter
Aera: quo frigus, quo calor esse solet.
Casta puella meretricis cōsuetudinē uitet.
Laudari cupiens puella, uitet
Contactum meretricis, ut colubræ.
Nam morsu ueluti nocet colubra:
Exemplo meretrix perimpudico.
Qualis Præceptor: Talis & discipulus.
Si natum fieri uoles peritum:
Sit doctor sapiens, probus, peritus:
Si stultus fuerit, malus, rudisq;,
Quo pacto sapientiam docebit?
Quo mores tribuet, scientiamq;?

A, stulto sapiens potest redire!
A, prauo poterit probus reuerti!
Indocto fieri ualet peritus!

¶ Magistratus cuiusq; officium

Salue, cui libuit nostros petiisse penates:
Salue, uirtuti iustitiæq; fauens.
Salue, pro meritis pretium cuicunq; rependens:
Salue dux recti: fons pietatis, Aue.
Salue, crux furum: scelerum fuga: carcer iniquis:
Salue ultor cædis: pacis amator, Aue.
Salue huius populi rector, tutela, salusq;:
Salue consilii, præsidiiq; dator.
Salue idem cunctis, locupleti pauperibusq;:
Salue, iuris amans: & memor esto mei.

¶ Afflictis parentibus cæsi
mersiq; Ducis consolatio.

Et si pontifici gratus: sceptrumq; gerebam
Magnanimus ductor: non uiolentus eram.
Non re, non uerbis offendi quemlibet unq̃:
Nitebar cunctis usq; fauere libens.
At me prô facinus: thyberino gurgite cæsum
Merserunt noctu clam patre, clamq; meis.
Non pignit cædis: mors est nam meta laborum
Viuenti recte: principiumq; boni.
Sed fratrum, matrisq; piæ, chariq; parentis
Mærebam luctu: quis ego summa quies.
Ascribo fatis igitur quæcunq; subiui:
Et si non fato cuncta uenire putem.
Parcite iam lachrymis: nunq̃ reuocatur ad auras
Humanæ uitæ: qui stygis ima subit.

¶ Ad Carolum Regem Franciæ Ve-
litris hospitantē. MCCCCXCV.

Rex regum: terrorq; hostis: rerumq; potestas:
Felici auspicio ueneris Italiam.
Vtq; olim Senones urbem: Carthaginis arces
Scipio: Parthenopes inclyta regna cape.
Quod fore nec dubium: præstas pietate tyrannuz

Consilio /ac armis/uiribus/ingenio.
Nec tibi defuerit Gallorum gente creatus
Gyraldus: si nos mitius aspicias.
Is sanctus nostræ est urbis tutela/salusq:
Hostibus hinc olim plumbea glans cecidit.
Nec minus in Gallo speramus commoda rege:
Numine Gyraldi sis rogo nostra salus.

¶Ad Carolũ Regẽ Parthenope redeũtez.

Magnus Alexander pugnando sæpius acrem
Darium uicit: Perseon Aemylius.
Carolus italiam terret certamine nullo:
Dumtaxat gypso Roma superba patet.
Effugit Alphonsus regali sede relicta:
Effugit/heu solo nomine sollicitus.
Cæsaris haud aliter Pompeius nomẽ obhorrens:
Cum patribus longe fugit ab urbe citus.
Maior Alexandro Gallus: cum nomine solo
Cæperit Ausoniam: Thracia regna tremant.
Cæsaris ergo magis similis: quapropter ut ille
Imperium oceano terminet: astra colat.

¶Ad Cæsarem Borgiã strenuissimũ.

Qui nomen tribuere tibi fortissime Cæsar:
Cæsaris ingenium contribuere simul.
Ille pius: tu rite magis: fortissimus ille
Fortior ipse quidem: strenuus ipse magis.
Sæpe fuit uictor: uicisti sæpius: unde
Parthenope fuerit sub dicione tua.
Sub dicione tua fuerit sæuissima thrace:
Sub dicione tua totus & orbis erit.
Ominor ista tibi uates certissimus: Inde
Carmine perpetuo Cæsaris arma canam.

¶Antonelli Sabelli Epit.

Robore magnanimus/belli simul arte peritus
Haud unq̃ uictus: uictor ubiq: fui.
Deniq: pugnando fessum/multosq: prementem
Me globus inuasit: uulnera sæua ferens.

Saucius hinc etiam (ceu cocles) uictor abiui:
Ast obii: iuuit q medicina nihil.
Albani genuere patres de gente Sabella:
Hic Antonelli puluis, & ossa iacent.

¶Ad Pomponium Lætum.

Læte Pomponi moderator urbis:
Fons quidem recti: Sophiæ magister:
Inuidet nullus Ciceronis æuo
Siue Maronis.
Nanq tu nobis Cicero Maroq:
Optimus Rhetor: sapiens Poeta.
Iure ceu patrem studiosa pubes
Te ueneramur.
Iure certatim ueniunt ad urbem
Extimis oris iuuenes, senesq:
Quo piæ linguæ lepidum fluorem
Quisq reportet.
Iure lætamur (Plato sicut olim
Sæculo natus Socratis periti)
Quod tuo nobis patuere ualuæ
Tempore læto.
Vtq te longum ualeamus uti:
Prosperam nobis Valeri senectam
Parca concedat: nihil obsit: astra
Vota secundent.

¶Pomponii Læti Epit.

Pomponi Læti cineres ornate Corollæ:
Summus enim Vates: Rhetor: & Historicus.

¶Petri Sabini Epit.

Qui pius, & uates fuerat Petrus ille Sabinus:
Prô dolor, æde sacra fulmine tactus obit.

¶In clamosũ, arietãtẽq cæli præconẽ.

Quid mõstri uideo? quid sentio? quis sonus aures
Obstrepit? obtundit quis tonus usq caput?
Num Cornix? nũ Pica loquax? nuũ Gracculus ille?
Otus an? an ne Aries? quodlibet esse puto.

Sthentora clamantem pro quinquaginta, putaraz
Esse quidem fictum: perstrepit iste magis.

¶Diæta Febris

Quiete Febris, cõtinentiaq;
Solet fugari: siue mitigatur:
Quandoq; morbi tanta uis habetur:
Quod illa prosunt uix parumper ægris.
Ergo uelimus conuocare doctum:
Qui rite nobis consulat medendo:
Indoctus auget: siquis optat esse
Adire debet Iulium peritum.

¶Ad Mariá cælo assumptá Oratio.

Virgo custodi populum, patresq;
Vrbis istius: celebrabit ille
Singulis annis tua festa semper
Relligiose.
Trade frumenti modios: quot illa
Aphricæ tradit regio feracis:
Copia hic uini, pecudum, uirorum,
Pax, amor insit.
Pace gens omnis, locuples, egena,
Gaudet, exultat, fruitur quiete:
Est iter tutum peregre meanti:
Villa colonis.
Lite, seu bello, mala cuncta fiunt:
Quisq; tristatur, dolet, & tremiscit:
Virgines, Nuptæ, Pueri, Sacratæ,
Vim patiuntur.
Tu poli regina, uales iniqua
Tollere huic urbi: requiemq; ferre:
Ciuitas ergo requie fruatur,
Iustitiaq;.
Absit a cunctis odium, libido:
Absit & liuor: mala cuncta cessent:
Charitas insit, pietas, fidesq;,
Relligioq;.

Ad locum regina meas olympi:
Sis tuo semper populo benigna:
Sis memor nostræ patriæ: colentes
Dilige semper.

¶Hymnus in Pontianum Martyrem.

Martyrem læti ueneremur omnes:
Ille custodit patriæ salutem:
Martyrem Christi cole Pontianum
Sexus uterq;.
Vrbis insignis fuit hic alumnus:
Pontifex summus merito creatus:
Nam dei cultor pius: & refulgens
Lumine mentis.
Dæmones signo crucis effugabat:
Corporum morbos, animiq; pellens.
Semper orabat cupiens olympi
Scandere sedem.
Hunc Alexander iubet imperator
Impios Sardos petere exulando:
Sed tamen Christi tuba uertit omnes
Relligioni.
Lux enim multis oculi reducta:
Mortui plures adiere uitam:
Iussit iccirco caput imperator
Tradier ensi.
At Veliterni caput, & cadauer
Aede Clæmentis posuere diui:
Inde gens omnis Veliterna numen
Martyris orat:
Tollitur febris: genus omne morbi
Pellitur, sancto precibus relatis.
Ergo debentur tibi Pontiane
Sacra quot annis
Vrbis ut nostræ tueare ciues:
Omne mæroris genus inde cedat:
Copiam frugum tribuas: amorq;
Ciuibus insit.

¶Ad Pontianum martyrem Oratio.

Martyr hanc Vrbem rogo Pontiane
Vsq; defendas: tueare semper.
Nam tibi semper celebrare nouit
Sacra lubenter.

A tuo pellas pater alme ciui
Omne morborum genus: omne cædis.
Tradito pacem: remoueto rixas:
Gaudia præbe.

Oro mitescant populi feroces:
Qui tuæ uellent patriæ nocere:
Sint Veliterni pater alme tuti
Intus/ & extra.

Nemo latronum subeat periclis:
Quisq; defenset patriam: suosq;.
Fortiter pugnet/quoties oportet
Tendere in hostem.

Cuiq; da robur Diomedis ingens:
Nestoris mentem/totidemq; messes.
Cuiq; sint astus meliore fato
Fortis Vlyssi.

Compotem uoti facias honesti
Quenq; deuotum tibi Pontiane.
Da Veliternis superare cunctos
Qui nocuere.

Sint tuis omnes proceres benigni:
Pontifex summus peramet Velitras:
Semper e cunctis tueatur idem
Hostibus illas.

¶Oratio ad Diuũ Eleutheriũ martyrẽ.

Sancte: quem cunctis ueneramur horis:
Hoc die multo magis annuatim:
Libera quæso populum/ gregesq;
Pestilitate.

Siquis auderet patriam/ uel agros
Ingredi armatus studio rapinæ:

Is statim Mancus/Varicosus/Amens/
Luminis orbus.
Qui tamen nostræ cupidus salutis
Iura defendit patriæ uetusta:
Affluat cunctis opibus:fruatur
Sede polorum.
Da tuis pacem/Cererem/Lyæum:
Da pater cunctis sophiam:repelle
Omne stuprorum genus/omne fraudis:
Da decus omne.
Nulla sit uoti rogo pars caduca:
Quicquid optamus pater alme nobis
Annuas quæso:tueare semper
Te uenerantes.

¶Augustini sententia/ de uiro cōtinente nolenti uxore: in sacro Canone posita.

Aureli Nicolae tuo quæ carmina iussu
Fecimus:en adsunt:corrige siquid obest.
Esse uolo cælebs uir si iam dixerit:uxor
Nolo ferat:cælebs qui cupit esse/nequit.
Nanq; quod ipse uelis: ea nō uult: cælibe nunquid
Te/coniunx alios debet adire uiros?
Te uiuente alii si nubet:adultera fiet:
Haud tali damno uult tua lucra deus.
Debita redde:& si non exigis ipse:referto:
Quod tibi debetur:non negat illa tibi.
Inde deo grata est:tanq̄ dederit:tamen ipse
Quod debetur ei:reddito:iustus eris.

¶Vxorem non ducendam.

Optimi ciues/placeat rogamus/
Versibus nostris adhibere mentem:
His ego uxorem minime petendam
Curo docere.
Fert Cato: quando penitus careret
Fœmina mundus:superi mearent
Inter humanos:mulier fugauit
Numina terris.

Fraude deceptus mulieris ille
Arboris pomum uetitum comedit:
Hortulo pulsus fuit hinc amœno
Primus auorum.
¶Fœmina insani capitis figura:
Impudens ualde:intolerabilisq́:
Impia:inconstans:furiosa longe:
Sæpe molesta.
Cuncta Xanthippe Socratis docebis
Vera:quæ dixi:quoniam marito
Illa prudenti legitur fuisse
Semper acerba.
Læserat uerbis Socratem nefandis:
Hinc aqua læsit putrida misellum:
Talis euenit Socrati marita:
Sed tibi qualis?
¶Diues/ & pauper/fuerit molesta:
Imputat dotem locuples superba:
Dite nil esse asperius puella
Dixit Aquinas.
Marcus iccirco renuit puellam
Diuitem: nollet quia nubere illi:
Nobilis uero/genus/& triumphos
Obiicit usq́.
Pauperem ducens miser usq́ uiuet:
Quod nequit natos facile educare:
Filias digno nequeat marito
Tradere egenas.
¶Qui cupit seruus fieri: nec esse
Liber:uxori uelit esse iunctus.
Liber exoptans fieri:puellas
Nolit inire.
Prosperæ uitæ nihilum deesset/
Rex ait fratri sapiens Phoroneus:
Si mihi coniunx data non fuisset:
Hoc miser uno.

Mitio faustum reputat Terenti,
Qui fuit nunquam muliere uinctus:
Qui uolunt ergo penitus beari:
Sint procul inde.
Nam genus semper mulier nociuum:
Vnde dormitur thalamo maritæ
Perparum: semper queritur: uicissim
Iurgia crescunt.
Cultior quare mulier Catulli
Pergit? hoc illam uenerantur omnes:
Spernor a, cunctis: maledicta lux sit,
Qua tibi iuncta.
¶ Castitas nulli: cupit omne pectus:
Quæ nequit tactu: cadit illa mente:
Pauper, & diues parili trahuntur
Igne Diones.
Iuliam multi tetigere natam
Imperatoris. Tetigit sororem
Porcii Cæsar: tetigitq; neptem:
An tua casta?
Pulchra communis solet esse multis:
Nanq; custodi nequit illa semper.
Semper optatur: laquei parantur
Intus, & extra.
Indecor sponso mulier dolorem
Tradit, & pœnam: fugienda sic est
Vxor omnino: docuisse tradunt
Ista biantem.
Hinc Thales: ipsum rogitante matre
Cur sibi nullam peteret maritam:
Est ait mater citius, ligari
Nexibus istis.
Institit rursum Genitrix iuuenta
Iam recedenti: Sapienter ille:
Nuptiis ætas foret hæc inepta
Iam mihi mater.

¶ Quum rogaretur Cynicus petenda
Quando sit coniunx: iuueni ferebat
Non adhuc: nunq̄ senio propinquis:
Tu tamen optas?
Socrates uero iuueni roganti,
Esset uxori melius ne iungi,
Dixit: istorum capias utrum uis
Usque pigebit.
Nouerat quicquid pateretur ipse
Coniuge insana: bene iurgiosa.
Prole dementi / muliere praua /
Quid pulularet.
¶ Arius quidam nimium gementi
Dixerat: quare gemebundus esset:
Ille respondit: laqueo perisse
Tres sibi iunctas.
Hortulo quodam siquidem teneret
Arborem quandam: laqueo coactas
Coniuges illic periisse cunctas:
Inde dolere.
Arius casu uocitauit illum
Prosperum ualde: petiit deinde
Arboris uimen: quia uellet horto
Semper habere.
Coniugem ducens cupiet subinde
Arboris sæuæ reperire uimen:
Quod serat: nunq̄ tamen inueniri
Posse licebit.
¶ Quam Cato priscus fuerit uerendus
Cui latet? Coniunx tamen imperare
Sæpe tam claro uoluit marito:
Quid tibi fiet?
Rite Spartanus uoluit Maritis
Virgines duci sine dote nuptas:
Quo uiri nullo pretio retenti
Asperiores.

Coniugis certe uitium nefandæ
Tollitur nunq̃:nihilo ualeret
Corrigi: quamuis sapiens maritus
Accidat illi.
¶Fœminæ uultum sibi purpurisso
Sæpe fucantes:faciunt amore
Proprii:siue alterius mariti?
Certe alieni.
Quid petit gemmas mulier: quid aurum?
Quo uiri gemmas uideant,& illud.
Hæreant tandem facie micanti:
Qua capiantur.
Inde curucæ similes habentur
Plurimi:quando uelut illa natos
Educant:legi solitam cuculi
Oua fouere.
Si a/uiro custos adhibetur ulli:
Incipit iungi petulans eidem:
Fœminæ mallent oculum prius q̃
Iungier uni.
¶Pace coniunctus fruitur maritæ
Rarius:litem mulier pusilla
Re mouet:Rixa mage q̃ cibatu
Fœmina gaudet.
De uiro semper queritur:tacere
Nequit arcanum:uomit usq; passim:
Cuncta uicinæ sibi nota profert:
Illaq; contra.
In tribus legi solitum Catonem
Affici pœna:quoties iisset
Naue:quo posset pedibus meare:
Seu mulieri
Vlla nudasset reticenda:siue
Vlla fluxisset sterilis dierum:
Qui uolunt ergo nihil esse tectum
Dent mulieri.

¶Si quidem nati fuerint iniqui:
Si pii: nunq̄ gemitu carebis:
Nam mali torquent pueri parentem
Semper acerbe.
Testis hortensi tibi natus ipse
Impius patri: uitiis redundans.
Nam tibi claro tribuit dolorem, &
Dedecus ingens.
Fuluium natus uoluit necare
Impius sæpe: insidias parauit.
At miser tandem petiit senatum
Quo caperetur
Filio quidam pater attrahenti
Ianuam propter (recitat Sophistes)
Siste iam fili tulit: ipse patrem
Huc quoq; traxi.
Ista sunt passi miseri parentes:
Qui colit debent quasi numen essent:
Hinc frui longe melius fuisset
Cælibe uita.
Martio Regi periit modestus:
Atq; uirtutum cumulo refulgens:
Vnicus: nunq̄ gemitus, dolorq;
Defuit inde.
Paulus amisit geminos triumphans:
Quod nihil plene ualet esse lætum:
Iam patet nunq̄ gemitu carere
Quenq; parentem.
Qui sapit tandem: fugiet puellæ
Oscula, amplexus, coitum, querelas:
Aspidum morsus, rabidi canis ue
Vt fugiendi.

¶ Uxorem ducendam esse.


Coniugem multi minime petendam
Inquiunt: Contra referaz probanda:
Si mihi coetus sapiens benigne
Commodet aures.

Triplici causa docuere prisci
Rem bonam iungi thalamo maritae:
Prima: quo proles generetur: inde
Ne stupra fiant.

Mutui dicunt reliquam fauoris:
Per se enim statim mulier/uir atq/
(Quicquid ad uitam fuerit necesse)
Non quit obire.

Hinc Deus (sicut genesi patebit)
Non bonum est/ inquit hominem esse solum:
Fiat adiutor similis: Virago
Protinus acta.

Hinc ait: Crescat genus: impleatur
Terra: cui uerbo fuit obsequendum
Nuptiis: ergo fuerit nefandus
Qui negat illas.

Duplici sexu fruimur nec ulla
Altera causa/ nisi procreandae
Prolis: ad stirpem mulier futuram
Nascitur ipsa.

¶ Asserit zeno ratione eadem
Coniugem duci sapientis esse.
Quod quidem fecit Cato: cui Soloni
Filia nupsit.

Filius uero sociis uocatis
Illico patrem ueniam poposcit
Siquid errasset: quod ei nouercam
Indidit ardens.

Cui Cato: fili meliora dicas:
Nam mihi nunquam nocuisse noui
Res tuas: immo placuere semper:
Nec trahor ira.

Coniugem duxi, cupiens habere
Filios pluris tibi comparandos.
Quos ego migrans patriæ saluti
Linquere possim.
¶Hac item motus ratione prudens:
Nanq; Xanthippen habuit maritam:
Quam uidens prauam socius, ferebat
Non tolerandam.
Non ne clamantes socio respondit
Anseres statim toleras? at ille
Oua cum pullis pariunt: Cato fert
Et mihi natos.
¶Cæterum cum sit patriæ propago
Vtilis ualde: populus quiritum
Prolis augendæ studio maritis
Præmia ponit.
Nam seni uitam sine prole agenti
Cælibem: quisquis sobolem creasset
Iunior quamuis: poterat præesse
Sceptra gerendo.
Hinc enim consul prior ille fasces
Sumere audebat: poterat q; iure:
Cui quidem plures geniti manerent:
Seu cecidissent.
Si tamen natum numerus fuisset
Par eis: fasces prior ille semper
Coniugi iunctus capiebat: alter
Vltimus usq;:
Quumq; collegæ fierent mariti
Ac pares ambo: similisq; prolis:
Tunc quidem fasces senior præerat
Accipiendo.
Quis nisi hoc demens igitur recuset
Coniugi iungi: bona cum tot insint!
Ciuitas crescit: datur & maritis
Gloria maior.

Ergo prudenter populum Metellus
Censor hortari solitus quiritum
Ad capessendam sobolem, secundum
Iura sinebant.
¶Et licet quidam fuerint dolores
Nuptiis: semper tolerabiles sunt:
Quod leues, parui, faciles, leuantur
Emolumentis.
Quæ quidem maiora solent inesse
His malis: quæ ferre ualent mariti.
Plurimi quorum uitiis abundant
Desidiaq;.
Inde dant causam miseris puellis
Litium: siue improbitatis omnis.
Sæpe complures muliere uidi
Improbiores.
Imperant ergo uitiis eorum:
Perditis illæ: secus esset ingens
Crimen: ut uellet mulier marito
Imperitare.
Nanq; naturæ iubet ordo rectus
Fœminam semper maribus subesse:
Et deus nostræ minitans parenti
Iussit in horto.
¶Ast ubi quidam ueneris puellas
Arguunt: causam tribuunt mariti
Sæpius: cum sint minime pudici, &
Sardanapali.
Casta nec tantum mulier tenetur
Esse consorti: sed item maritus.
Est suus neuter: mulier mariti:
Coniugis ille.
Improbe longe facit ille: qui uult
Coniugem castam: tamen est adulter.
Illa uindictæ studio mouetur:
Aequa referre

Nec deus tantum iubet abstinendum
Fœmina nupta: sed item merenti.
Qui cupit semper sociam pudicam
Esto pudicus.
Altera nulla deus ipse causa
Fœminam fecit grauidam coire:
Ni uir ut causam reliquas sequendi
Nullus haberet.
Quælibet uero rationis expers
Quando concæpit maribus repugnat:
Sola concedit mulier marito:
Ne sit adulter.
¶Quumq; nubendi potior sit ipsa
Causa, natorum soboles futura:
Quo modo nati ualidi creentur,
Curet uterq;.
Vult Plato insignis pariant puellæ
Bis decem quando retinent Decembris:
Vsq; uiginti fuerint bis acti:
Nec tamen ultra.
Ter decem messes retinere debet
Vir quidem, quando soboli uacabit.
Ast ubi quinq; undecies recæpit
Cesset inire.
Quilibet uero superos adoret:
E, bono longe melior resultet:
Vtili deq; utilior parente
Progenies sit.
Cumq; sit natus sapiens, parentum
Gloria, æternum decus, & uoluptas:
Et deus prolem bene nutrienti
Præmia reddat
Sint & hi multo magis efferendi
Qui suam recte sobolem parentes
Nutriunt: q̃ qui genuere solum,
Nec docuere:

Sit Cato nobis grauior sequendus:
Imbuit natum studiis honestis
Ipse: cumprimum puer esse cœpit
Aptus eisdem.
Filio coram (uelut astitisset
Virgo uestalis) nihil impudice
Dixit, aut fecit Cato: sic agendum
Consulo cunctis.
Et Themistocles docuit stupenda
Filium: rectum sonipes gerebat:
Ex equo rectus iaciebat hastam
Fortiter audens.
Sic Aristides uoluit doceri
Filium: quicquid reliqui sciebant:
Vnde uirtutum cumulo coæuos
Præstitit omnes.
¶Atq; siquando periere nobis
Liberi digni: speculum Cato sit:
Mors tulit gnatum: sapienter ægit
Atq; modeste.
Dux Athenarum geminos pericles
Inclytos perdens, diadema gessit
Funere expleto: patriæ decorem
Quam sua curans.
Alter: ut natum periisse nouit:
Nuntio dixit: noua nunquid affers?
Certe ego noram mihi procreatum
Emoriturum.
Quod quidem uerbum sapienter ille:
Nam uelut nemo solet emoriri:
Ni prius uixit: neq; uiuet ullus
Ni moriturus.
Mortuum quisquis dolet esse quenquam:
Is dolet demens hominem fuisse.
Euenit nasci prius: inde restat
Emoriendum.

Illud in primis doceo: nec æui
Filios unquam ueteris petendum:
Sed bonos: longe satis ille uixit:
Qui bene uixit:
Si tamen nati fuerint inertes:
Pectore aduerso toleranda tela
Improbæ sortis: patiendo/quæq;
Dura leuantur
¶Qui cupit tandem bene/rite/laute/
Cultius/sancte/grauiter/modeste/
Viuere: is debet fieri maritus
Virgine ducta.
Hinc enim proles columen senectæ:
Dignitas maior: requies laborum:
Ciuitas crescit: decorant parentes
Funere nati:
Qui cupit rursus stupra: castitatem
Odit: hæredes aliena gestit
Pignora: efferri uolet indecore:
Viuito cælebs.

¶Quatuor in sponsis

Sponso forma decet: genus/& sapientia: uirtus.
Nubenti mores: gaza: genus: species.

¶De Tribus Matrimonii Causis.

Connubium res sacra uiri: dignissima uersu
Meonio: tantum commoditatis habet:
Connubio fiunt duo corpora protinus unum
Legitime coeunt uir mulierq; simul.
Constituit ratio triplex connubia sacra
Omnibus humanis: qui ratione uigent.
Prima fuit prolis susceptio causa modestæ:
Altera ne fierent stupra/ne adulteria.
Tertia ne miseram traherent per sæcula uitam:
Iugiter alterna se tueantur ope
Sola homini duplicem sexum dat causa creandi:
Tripliciter nubit iure puella uiro.

¶In Nuptiis Supplicatio.

Iuno coniugii uincula continens
Præsenti faueat connubii thoro:
Det partum facilem: Diuitiæ fluant.
Ambobus faueat coniugibus dea
Formosi genitrix alma cupidinis:
Vt nulli pariant his speciosius.
Et tu coniugibus prouide Mercuri
Concedas sobolem magnificam diu:
Sint nati celeres, sint uenerabiles.
Adsit lætus hymen, strenuus armifer:
Ornatus ueniat tempora floribus:
Dum sponsi coeunt, carmina cantitet.

¶In Nuptiis Oratio.

Pronuba connubio faueas Saturnia: cestum
Ferto Venus: saliens huc hymenæe ueni.
Diuitias, facilem partum, prolemq; uirilem
Iuno, Venus tribuant: gaudia comptus hymen.
Sponsa uirum timeat: ueneretur: diligat: optet:
Fida magis Turia, uitet adulterium.
Tota domus ualeat: lætetur: pace fruatur:
Ciuis, & externus diligat, & superi.
Carneadem superet felici sorte maritus:
Clodia quot messes altera conspiciat.
Sponsa uiro sobolem pariat fœcunda decoram:
Parturiat faustos fausta marita uiros.

¶In Nuptiis Votum.

Moribus, & forma præstanti uirgo decora
Concipiat forti fortia corda uiro.
Viuat uterq; diu concordi pectore semper:
His honor, his pietas, gloria, gaza, salus.
Consorti seruare fidem nitatur uterq;:
Alterius nemo tentet inire thorum.
Sponsa pudicitiam passim tutetur: ut hippo:
Mergitur hæc ultro: quo tueatur eam.
Vir decet uxoris tantummodo conserat aruum:

Dedecet alterius carpere poma thori.
Inde uir ut Drusus: Drusiq; Antonia coniunx
Vitet adulterium: degat uterq; pie.

¶Carmen Nuptiale

Inclyti patres: uenerande cœtus:
Qui celebratis cererem/lyæum:
Nuptias sacras decoratis usq;
Viuite læti:
Sitis æternum decus/atq; robur
Mœnibus nostris: simul aura/portus
Ciuibus cunctis: domuiq; uestræ
Fama/ salusq;.
Cuiq; natorum/pecudumq; detur
Grex uti regi phrygio: sed illi
Strenui semper fuerint: & omnis
Gloria sæcli.
Quenq; Varronis uideat senectus:
Quisq; coruini Valeri salutem:
Omnibus detur sapiens cor: atq;
Gratia linguæ.
Hæc item sponsis superi precamur:
Alteri quorum pudor/atq; mores:
Et fides insit: probitas/amorq;
Semper honestus.
Cæterum patres: quia mensa lautis
Ferculis istic onerata uobis
Defuit: cunctos ueniam precamur:
Parcite mensæ.
Est enim longe melius uocari
Ad cibos acris holerum benigne:
Quam cibis ullis uituli tenelli
Tristius uti:
Si nouus demum poterit maritus
Optimi ciues aliquid referre
Ille erit semper merito benignus:
Viuite læti.

¶Oda Nuptialis de priscis moribus.

Moribus dicam ueteres quibus sint
Nuptias usi celebrando: Cuncti
Auribus tentis mea dicta ciues
Sumite passim.
Nuptiæ a nubo ueniunt: caput q
Flameo nubens operiret olim
Ominis causa: quia ferret illud
Flaminis uxor.
Cui quidem soli minime licebat
Diuidi a sacri thalamo mariti:
Flameum ruffo legitur colore
Esse refusum.
¶Prandio tantum soliti interesse
Sanguine euincti: quia posset omnis
Inde depelli leuius querela/
Siqua fuisset.
Fœminæ uero solitæ sedere
Cum uiris pronis/recubantibusq:
Dum cibos mensa caperent: nec ulla
Vina bibebat.
Id quidem: ne forte mero calentes
Dedecus possent aliquod subire:
Ore cognatis ideo institutum
Oscula ferre.
Sic enim nunq̄ poterat latere/
Siqua potasset bromii liquorem:
Vina deprensas redolere/sæue
Percutiebant.
Ipse q uinum biberat: Metellus
Coniugem morti dedit: atq nemo
Arguit factum: quia uina perdunt
Membra animumq:
¶Inter uxorem quoties/uirumq
Iurgii quicquam foret: in sacellum
Illico diuæ simul ire mitis
Ambo solebant.

Quod uiros placat uocitatur illa
Diua: nam reddit placidos puellis
Coniuges; omni posito furore
Ipsius æde.
¶Vrbe Romani ueteres colebant
Vt ferunt signum historiæ pudoris.
Id semel nubens mulier ualebat
Tangere solum.
Vnico nuptæ soliti coronam
Tradere antiqui ueriti pudoris:
Nuptias crebras reputare rursus
Dedecus ingens.
¶Nuptiis olim pueri parentum
Tres erant iuncti: duo, qui tenerent
Veste nubentem: faculam ferebat
Tertius ante.
Nocte nubebant ueteres puellæ:
Hinc ferebatur facula ante nuptam:
Cæreos dicunt alii fuisse
Quinqꝫ micantes.
¶Igne, tum lympha, celebrare mos est
Nuptias sacras: quia fœtus omnis
Humido crescit, calidoqꝫ rite
Ventre, soloue.
Alterum fertur generis marini:
Alterum fertur muliebris esse:
Nuptias dicunt ideo foueri
His elementis.
¶Mos erat nuptæ, simul ad mariti
Venerat limen: decorare postes
Laneis uittis: adipe & lupino
Vngere eosdem.
Plynius scribit fieri solere
Illud antiquis: medicamen ut sic
Omne cessaret thalamo nociuum
Coniugioqꝫ.

Limen uxores minime premebant
Inde translato pede præteribant:
Ne locum uestæ premerent: q illa est
Diua pudica.
Pellis intranti subici solebat:
Inferebatur colus, atq; fusus:
Quæ quidem secum noua sponsa ferret
Omine telæ.
¶Coniuges olim nihil excoquebant:
Nam Sabinarum pepigere patres
Pace iam facta: coqueret Quiriti
Nulla sabina.
Nuptiæ spargi nucibus solebant:
Muniunt fætus geminæ q ipsis
Cortices: primo tenerum putamen,
Durius inde.
¶Ominis causa soliti uocare
Nuptiis nomen ueteris Thalassi:
Cui sabinarum mulier decora
Tradita fertur.
Hæ quidem, sicut legitur, beatæ
Nuptiæ semper fuerant: latini
Inde prædictum uocitare: sicut
Illi hymenæum.
Quem uolunt Baccho, Veneriq; natum
Esse nuptarum decus, atq; numen:
Nuptias certas statuisse primum
Legimus ipsi.
Virginum tali merito canebant
Nuptiis illum. uoluere quidam
Hunc uirum fortem genuisse quondam
Attica regna.
Virgines raptas reprobis peremptis
Patriæ cunctas bene reddidisse:
Nuptiis sacris ideo canebant
Virginis illum.

Qui deum scribunt: soluisse narrant
Nuptiis olim canere: atq; sertis
Limen ornare: & thalamum mariti
Psallere iuxta.
¶Siquis o, ciues peteret: marito
Pacta cur iam iam minime daretur:
Scite: quæ longe fuerit cupita
Charior extat.
Plura prædictis recitare possem:
Ne tamen sermo tribuat profusus
Tædium uobis: statuo tacere:
Ergo Valete.

Anulus cur in digito Sinistræ quarto
Et quot, quæ ue in Spōsis requirātur.

Anulum quare digito sinistræ
Ingerunt quarto: mea musa tradet:
Et quot in sponsis iubet esse: cuncti
Parcite linguis.
Cor uolunt quendam generare neruum:
Qui quidem leuæ digitum minori
Proximum cingit: decoratur inde
Dactylus auro.
Creditur sponsis amor implicari
Anulo neruum decorante cordis:
Iccirco uisum patribus coronam
Tradier illi.
Rite signandi studio gerebant
Anulum prisci: studio decoris
Nemini latus: potuitq; liber
Solus habere.
Anulum quondam soliti cauare:
Esset id ferrum licet, esset aurum.
Quolibet uero digito, manuq;
Quisq; gerebat.

Cœpit insculpi pretiosa gemma:
Dexteram liquit:petiitq; leuam
Anulus gemmæ studio:quiescit
Dextra parumper.
Dactylus uero minimo propinquus
Aptior tanq̃ reliquis sinistræ
Anulum cæpit:minus inter omnes
Officiosus.
¶Quattuor sponsam decuere:Mores,
Forma,tum Gazæ:Genus inde clarum.
Continens sponsus:Sapiens:Decorus:
Sit Generosus.
Ista præsentes retinere cuncta
Nuptias lætor:pariat puella
Coniugi,tantum sobolem uirilem,
Et sapientem.
Diligant sese ueluti Columbæ:
Sint procul rixæ:procul omne crimen.
Sanitas insit:probitas:honorq;
Diuitiæq;.
Cælites uero referant abunde
Gratiam cunctis:quoniam libenter
Nuptias cuncti celebrastis: atq;
Fronte benigna.
Si cibus qualem decuit parari:
Absuit:sponsus ueniam precatur:
Pollicens passim sua,nocte,luce,
Tempore quoq;.

¶Cecrops geminus in nuptiis
cum quinq; inferioribus actus.

Rex ego Cecrops merito uocatus
Vatibus græcis geminus,biformis:
Quod uidens passim stupra quenq; adire,
Legibus sanxi fieri maritos.

¶Iunonis Numina.
Iuno deum regina uocor: coniunxq; tonantis
Atq; soror: dea sum regni, dea diuitiarum:
Sum dea coniugii: sum quam uocitare solebat
Parturiens olim: Iuno lucina uocabar.
¶Mercurii Caduceus
En ego Mercurius diuorum nuntius ille
Aliger, atq; citus.
Virga duos angues sexus utriusq; gerendo
Coniugium notat his.
Venus Cur
Appellor genitrix alma cupidinum:
Appellant Venerem, q; uenit omnibus.
Hæc urit facibus pectus amantium:
Natalem dedit hæc omnibus editis.
¶Hymenæus quis
Et Bacchi, & Veneris tulere Græci
Gnatum me thalamis adesse nuptæ.
Nubebant ubi uirgines Athenis,
Tunc omnes hymenæon inuocabant.
Cupidinis figura.
Numen amoris ego pennis decoratus, & arcu:
Luminibus captus: cæcus & omnis amans.
Aurea tela mihi, uel plumbea: cogit amare
Chrysion: alterius spicula felle carent.
Veniæ petitio ad conuiuas
Vt læti, ac hilares festum celebrauimus una
Symposiumq; simul:
Sic una & læti, ac hilares celebremus olympi
Gaudia siderei.
Siq; uiri insignes minime data copia mensæ
Quæ tribuenda fuit:
Non id auaritiæ quisquam, non imputet ullus
Exiguis dapibus:
Causa fuit sane cuiusq; modestia summa,
Temperiesq; cibi.

Illa quidem mensa est iucunda: & grata/suauis:
Quæ uenit ex animo:
Non igitur debet uictus penuria/siue
Copia perspicier.
Ast animus/frons læta simul:nos cuiq; lubenter
Omnia præbuimus.

¶Gratiarum actio recepti conuiuii.

Mensa equidem iucunda fuit/regalis/opima/
Eximiis dapibus:
Quodq; magis decuit: frons omnia læta parauit/
Mens animusq; lubens.
Vnde precor referāt pia numina Symposiarcho
Qualiacunq; petit.
Tota domus uigeat:celebretur gaudeat usq;
Quoq; die melius.
Sit fœcunda uiris:sit Crœsi ditior aula:
Perpetuumq; ualens.

¶Gratiarū actio in exhibito cōuiuio.

Quam tenui sumptu fuerint conuiuia præsens
Acta uiri:cuncti nouimus:idq; patet.
Ast animum spectare decet:uultumq; serenum:
Hæc & enim potius q̄ cibus ipse iuuant.
Præterea:q nos celebri comitastis honore
Præmia digna uelint reddere cuiq; poli.

¶Pro cœna gratiarum actio.

Pro uictu referat Iuppiter optima:
Felix imperium:sæcula nestoris:
Illustrem sobolem:Diuitias Mydæ:
Te demum fuerit nemo beatior.

¶Actio gratiarum conuiuii recepti.

Qui tribuere dapes:dapibus uescantur olympi:
Mortali uitæ gaudia summa fluant
Erigone fruges auctet:laticemq; lyæus:
Diuitias Iuno:progeniemq; Venus.
Aliger eloquium lepido sermone refertum:
Corporis/ac animi robur apollo nitens.

Pan armenta/greges:nemorum dea suggerat apros:
Ostrea nereides:dia Melissa fauos.
Arborei fœtus Vertumni numine crescant:
Colchides auritæ multiplicentur aues.
Symposium quicunque dedit:quicunque pararunt/
Exhuberent istis:quæ pia musa canit.

¶Gratiarum actio habiti conuiuii:

Quod patres hilari uultu/que mente benigna
Tam lautis placuit nos recreare cibis:
Nouimus esse actum magni dulcedine amoris:
Qua nobis uestrum quilibet afficitur.
At nulli nostrum quoniam ualet esse facultas
Reddendi meritum:reddat Iesus ibi.
Nec nos ulla potest diuturni temporis ætas
Immemores tanti reddere Symposii.
Quandocunque igitur tempus concedet:ubique
Gratia præstabit:qualiacunque potest.
Interea superi uobis gratissima reddant:
Quis placuit lautis nos recreare thoris.

¶Actio Gratiarum in præstito cōuiuio.

Hac me lætitia comitatum fronte serena
Omnibus/aduertens digna corona uirum:
Nomine digna meo pia numina reddere cūctis
Præmia/quoque loco/tempore quoque uelim.
Nec me longa dies meritorum fecerit ulla
Immemorem:quoties grata referre queam.
Cumque cibus fuerit parcus/non lautus/ abundans:
Parcite:frons hilaris/mens hilarisque dedit.

¶Gratiarum actio ad conuiuas.

Si doctrina mihi:si promptus sermo daretur
Facundi Isæi:lingua periclis item.
Haud unq̄ meritas agerem tamen inclyte cœtus
Officio grates:quo celebratus ego.
Vnde precor superis placeat cuicunque referre
Quæ prosint animæ:corporibusque simul.
Parcendo & uictu:spectetur frons/animusque:
Frons hilaris longe q̄ cibus ipse iuuat.

Actio gratiarum habiti conuiuii.

Vt dudum pater alme contulisti
Nobis Symposium satis superq;
Lautum: fronte hilari, manu benigna:
Sic omnes tibi cælites referre
Pro nobis studeant uti peroptas.
Viuendo superes diem thaletis:
Felicem uideas statum iuuentæ:
Felicem uideas statum senectæ.
Posthac Empyreon petas olympum:
Sed cures tamen interim clientes.

Gratiarum actio recepti conuiuii.

Est cum lætitia sicce iucundius esse:
Quam sine: regali discubuisse thoro.
Hic est frons bilaris: fuit ingens copia uictus:
Hic amor, hic pax est: mens animusq; nitens.
Ergo dei referant tali gratissima uictu:
Qualia mens optat Symposiarche tibi:
Nos etiam grates agimus: si forte referri
Posse datur: statim quisq; paratus erit:
Interea cunctis donetur uita superstes
Lætior exacta: perpetuoq; ualens.

Gratiarum Actio comitantibus

Vt nos magnifici uiri lubenter
Omnes unanimes: & ore læto:
Et cœtu decoratis hic honesto:
Cunctis præmia, gratiamq; reddant
Qualem uos cupitis dei superni:
Nos uero ualeamus esse tales:
Qui uobis decoriq;, gloriæq;.
Et q; non fuerit cibi paratus
Qualem nos decuit parare uobis:
Inuicti proceres. precamur omnes
Indulgere uelitis apparatu:
Et uultus hilares notate nostros:
Qui certe magis, & magis iuuare
Conuiuas soluere q̃ cibatus.

¶Malorum Portus.

Qui miser est aliena suis grauiora retractet:
Fortius excipiet: quæ mala cunq; cadent.

¶Maloꝝ medela ad miseruƺ quenq;·

Crede maluƺ esse ingens, nõ posse malũ tolerare:
Quæ ma a nunc pateris: fata dedere tibi.
Quis fatis obstare potest? toleranda quieto
Pectore cuncta: tibi quæ tribuere poli.
Aspera si toleras patienter: mitia fient:
Quo leuiora tibi sint mala: ferre uelis.
Felices tolerant quicunq; incommoda sæcli
Felices nimium: qui doluere nihil.

¶Ad nicolaũ quatrassuƺ sermõetanũ de morte ascanii quatrassi, & petri, elegidiũ.

Eheu quid legi? quid scripsit filius? Eheu
Eheu quatrassos iam periisse meos.
Eheu mors longe sæuissima: sæuius eheu
Eheu quid posses scribere Quinte patri?
O, decus, o patriæ duo lumina: pestis acerba,
Pestis iniqua, grauis: pestis amara quid hoc?
Ascanium, Petrumq; rapis sæuissima fratres
Vnanimes: nunquid sæuior esse potes?
Tu ne sacerdotem musarum: tu medicinæ
Extinguis lumen? sæuior esse nequis.
Alterius uitæ parsisses: siue poetæ,
Seu medici: leuius ferret uterq; parens.
Vel potius parcendo illis, utrunq; parentem
Pressisses: grauius q̃ potes usq; noces.
IamQuatrasse tuum fuerit Nicolae parentes
Solari: indigeas hoc simul ipse licet.
Sunt hi prudentes: dolor ingens opprimit omne
Ingenium: patribus sed magis, atq; magis.
Iamq; uale: Ascanium superis, Petrumq; litando
Commendans: faueat, qui pius, oro piis.

¶Baptistæ Lenis Romani: Protonotariiq; Apostolici Epit.

O dolor: o patriæ/o nostri iactura peringens:
Baptistam Lenem pestis acerba tulit.
Summo hic ingenio: summa probitate uigebat:
Hac citius uoluit Christus adire polos.

¶Marcelli de Bonis Auguriis Epit.

Inclytus ingenio/facie/uirtute/lepore/
Tyburti soboles/Auguriiq; boni:
Marcellus iacet hic/oppressis faucibus acri
Exitio: quinas uidit olympiades.

¶Mancinelli uotũ Sebastiano & rhoccõ

Siue hominum mores/seu sidera/sæpe Velitras
Peste grauant: hominum crimina crediderim.
Sæua lues igitur uicos inuaserat omnes:
Fletus ubiq; uirum: fletus ubiq; nurum.
Iamq; mihi/& natis/uxori/instabat acerbum
Funus: erant domui funera iuncta meæ.
Fugissem: ni dira mihi fortuna negasset
Præsidium: deerant Pluto/Ceres/Bromius.
Pœnituit scelerum natos/matremq;/patremq;
Inde Sebastiano uouimus atq; Rhoco.
Vota fuere tamen/ieiunia sancta quot annis
Ante diem festum: post celebrare pios.
Vestibuloq; domus simulacra ostendere pictas
Assidue precibus quisq; uacare suis.
Profuit hæc pietas: Vicinia tota iacebat
Semianimis: partem presserat atra lues.
Ergo Sebastiano/Rhocco simul ipse uoueto:
Qui metuis diræ pestilitatis onus.

Cur bonus & malus nõ æqua ferunt.

Quid iuuat esse pium: quid læserit esse nocentez:
Si mæret pietas: improbitasq; uiget?
Sæpe bonus luget: uel seruantissimus æqui
Cedit: ut imperitent ille/uel ille truces.
Qui cæli tolerant? qui sidera? Cosmica iam iam
Compago uieta est: nec uigor ullus inest.

Mortales igitur debent obsistere per se
  Criminibus: nulli est infima cura deum.
Euenit id merito: nanq; obliuiscimur & nos
  Cælicolum: quis uir q̃ sibi charus erat.
Deniq; si mæret pietas: uiget improbus: est id
  Parte mali, atq; boni: mors dabit æqua suis.

¶Ad Lentulum Adulatorem.

Scribit Aristoteles mentiri plurima uates:
  Quod dubium fuerat, iam patet omne mihi.
Nam me philosophum: me rhetora: meq; poetaz:
  Atq; mathematicum: uere poeta canis.
Credulus an tibi sim, notus mihi? gnothi se avton
  Chilo inquit: uix me grammaticum fateor.
Fallit adulator sapientia pectora nunq̃:
  In reliquis ego sum stultus: in hoc sapiens.
Me tua delectat nimium, nimiumq; thalia
  Vera canens: ueris gaudeo: uera refer.

¶Ad Laurentiũ Valerii Ludouici Veliternũ in baptismo sabii .mccccxcvii.

Fiat illustris: senior Galeno:
  Quem tibi Laurens genuit pudica
  Vxor, Octobris ueneri dicato
  Lumine sexto.
Vtq; natalem celebramus eius:
  Ipse nobiscum celebret nepotum
  Nuptias: fiat locuplete Croeso
  Ditior idem.

¶Lactantius redeunti prī Valerio Ludouici ueliterno: causidicoruz p̄stantissimo.

En rediit mea sola quies: mea summa uoluptas:
  Qua mihi concessum gratius orbe nihil.
Gratulor ergo deis: quid enim mihi dulcius unq̃
  Quid ue dari melius posset ab arce Iouis?
Quam patrem uidisse pium: sollertia cuius
  Et genus & patriam tollit in astra poli?

Non igitur redeunte suo tam lætus iulus,
In Troiam Rutulo congrediente nouam.
Quocirca seruate domum: seruate parentem
Numina: seruentur pignora chara diu.

¶Ad Quintilianũ Valerii Ludouici. F.

Quintiliane tibi locuples, formosa, uenusta,
Virgo bonis auibus nupserit: atq; diu
Sit fœcunda uiro pariens dumtaxat: uterq;
Viuite concordi pectore, mente pia.
Sulpitiæ laudes fuerint, hippusq; pudicæ
Vxori: & pereat quicquid obesse potest.

¶Ad Matthæum Mancinum Veliternum Episcopum Soranum.

Prosper erat Matthæe pater Mancine uocatus:
Sed tu prosperior rite uocandus eras.
Clarus erat genitor ueneranda stirpe creatus:
Moribus, & claro nomine factus eques.
Clarior ipse tamen iuris doctrina utriusq;:
Qua tibi sunt latio uix duo, tres ue pares.
Additur & pietas: clæmentia: copia rerum:
Est & amicorum copia nobilium.
In quorum numero uel Mancinellus haberi
Exoptat: iubeas: allice: gratus erit.

¶Ad Iacobũ Miccinelluз Veliternũ.

Sit tibi felix Iacobe numen
Virginis semper: potiare quicquid
Concipis uoto: uenerentur omnes
Teq;, tuosq;.
Vtq; te Cæsar rubeo decorus
Pileo clarum probitate mira
Diligit: summus fouet & sacerdos:
Rex amet omnis.
Cæterum longe quia mitis, atq;
Integer cunctis: mihi perbenignus:
Gratiam pro me referant ubiq;
Numina cæli.

¶ Ad. D. Camilluꝫ de bene in bene utriusq;
Iuris cõsultissimũ: & poetã: & almæ urbis cõ
seruatorẽ: gymnasiiq; Roãni reformatoreꝫ.

Fata uelint patriæ longe superesse Camillum:
Aeneadum præstat quemlibet officio.
Iuris utriusq; est is consultissimus: idem
Carmine uel lingua, uel pietate prior.
Conseruatorum caput is: qui patria curant:
Is genere insigni clarus, & ingenio.
Diligitur cunctis: nanq; est & pamphilus ipse:
Macrobium talem reddite fata uirum.

¶ Ad Iacobum Miccinellum Veliternum

Qui melius consulta patrum redducat amussim:
Qui melius dictet siqua legenda procul:
Qui ue magistratu coram, te cultius oret:
Hactenus haud uidi: uixq; uidere licet.
Tot sane meritis electus scriba senatus:
Tot meritis longe commodiora feres.

¶ Ad Carolum Bucconiũ parmenseꝫ: Epm
Vestanum: Lupus Piscis, qui nunc Lycius.

Ab lycos est Lycius: lycos est lupus: inde latini
Me dixere lupum: sum lupus alter aquis.
Deterior maculosus erit: lanatus habetur
Optimus: ut lana est mollis, & alba caro.
Aspersum maculis (cum desit laneus) esto
Carole: sum captus (quo fruerere) lubens.

¶ Gliris Sors mira

Longa mihi senium finit dormitio: tursus
Reddere me iuuenem messis adusta solet.
Me uescens igitur tali quoq; sorte fruetur:
Vescere me, cupiens iunior esse diu .

¶ Honor cuiq; tutandus.

In terram decies demergi candide mallem,
Quam derideri, despicierq; meis.
Omni re potius priuari me tolerarem:
Quam si cedat honor debitus arte mihi.

¶ Ad·D·Iustinũ Carosiũ Velisternũ de Antonio Cæsare simõe filio secũdo gratulatio.

Quod tibi natum peperit Simonem
Cæsarem coniunx ueneranda: lætor.
Et uelim digno patre clariorem
Numina reddant.
Omen ostendit fore quod uelimus:
Nanq; uix orto procerum corona
Astitit: Sacram proceres ad undam
Sunt comitati.
Intimus papæ fuit inter illos:
Regis Hispani: Hungaricæq; diuæ:
Tum gubernator populi quiritum:
Cætus honestus.
Iam poli rector Pylii senectam:
Prosperum uitæ spatium Simoni:
Alteri gnato: duplici parenti:
Commodet oro.

¶ Andreæ Puliano Consentino

Quod legis: atq; placẽt nostri monumẽta laboris:
Andrea Calabrum mi Puliane decus.
Te semper mea musa canet: nomenq; legetur
Carminibus nostris dum fluit unda tuum.

¶ Ad Georgiũ Roborensem Oruieti Epm.

Cum tibi nil hodie reddam pro munere: quæso
Ad uotum referat Iuppiter ille pius.
Ille tibi uires/gressum simul/ota iuuentæ
Restituat: tribuens pontificale decus.
Tu siquidem constans/tu prudens/tuq; disertus:
Tu clæmens/æquus: tu pietate grauis.
Vnde uelit superes Numidarum sæcula regis:
Perpetuum Salue: perpetuumq; Vale.

¶ Amygdola.

Cyrus & Alcinous/uel Adonis/poma tulissent
Aurea: nos tantum Phyllidis ista damus.
Vtq; etiam/atq; etiam ualeant tua tecta subire:
Vtq; magis sapiant: copia parua datur.

¶ Carolo Bucconio parmẽsi: Epo Vestano Oruietinæ diœcesios Gubernatori.

Carole Bucconi, parmensis gloria cæli:
Iustitia cunctis, & pietate faues.
Inde tuo lugent digressu quilibet: iidem
Lætantur reditu: parcius ergo migres.
Sic uoti faciant citius te fata potentem:
Sic & Zenonis sæcula prætereas.

¶ Ad Petrum pontanum Romanũ: Prætorem Veliternum: de Nuptiis Barbaris.

Quam patriæ uellem nostræ te numina regem
Fecisse: aut sponsi tecta subire noui.
Sic & enim uirgo sponso tradenda, subiret
Te prius: aut nuptæ pectora comprimeres.
Illud Adyrmachidæ pœni seruasse notantur:
Nuptura ut regi uirgo prius subeat.
Hoc Nasamonis erat: conuiuas nupta subiret
Nocte quidem prima: donaq; susciperet.
O, utinam nostris regionibus ista darentur:
Et tu rex esses: tu quoq; dona dares.

¶ Ad Franciscum Gonzagam Mantuæ Principem. Mcccclxxxxvi.

Consilio, ac armis, pœnos prostrauerat acer
Regulus: Alphonsum Gallus, & Italiam.
Strenua Xanthippi uirtus Carthaginis arces
Vindicat: Alphonsi Mantua Parthenopen.
Nam duce Gonzaga Francisco territus hostis
Vincitur: atq; ultro tela remittit iners.
Ergo Leoninæ dux inclyte militiai,
Iam iam Xanthippi gloria parta tibi.
Gloria, qua marco similis, marioq; sagaci:
Hic Cymbros: Senones strauerat ille prius.
Actum erat o, superi: grauibus nisi tela Camilli
Hostibus: aut Marii, uulnera sæua darent.
Actum erat heu miseros nostro iaz tẽpore: ni te
Gonzaga illustris Gallica gens tremeret.

Pro meritis igitur pia numina præmia reddant:
Ausoniæq; esto portus, & aura diu.

¶Rara Venus & nimia.

Excitat interdum coiens, nimiumq; resoluit
Corpus: & iccirco sit tibi rara uenus.
Inde tarentinus pugil acer: quo frueretur
Viribus, & palma: cauit acidaliam.
Fortior hinc burdo: uiuacior hinc reperitur:
Esto pudicitia fortior atq; senex.
Virginis, atq; ægræ, coitus uitetur, anusq;:
Cui cruor emanat: q; trahit iste nimis.
Hippocrati fertur coitus pars esse caduci
Morbi: debilior quum cupis esse, coi.

¶Tantali, Præceptorumq;, Sors eadem.

Tantalus in medio sitit amni mersus ad ora
Esurit usq; miser: tangat ut ore dapes.
Grammatices eadem patiuntur sæpe magistri:
Esuriunt dites deuorat irus egens.
Hac ratione hædos piget ultra pascere: cunctis
Se patiuntur edi: me tamen usq; notant.

¶Equinum Lenocinium

Præstat equum pueris sedes: equitant equitati:
Non nisi calcatus tergora calcat equi.

¶Postica tuenda ad pueros.

Te puer admoneo placeat postica tueri:
Committens precibus, muneribus ue, gemes.

¶In Puerarios

Posticum pueris audens præcidere primus:
Das aliis causam perfide flagitii.

¶De puero perdito.

Mi pila subripuit puerum: draucíq; salaces:
Iam ueneris puer est: Palladis ante fuit.

¶.M. Venus.

Si Venerem cunctis (qualez mihi) fata dedissent:
Haud ulli sedes arcta reclusa foret.

Pudicitia summa uirtus.
Summa quidez uirtus pudor est: & gloria summa:
Nam Venus infamem reddit ubiq; uirum.
❡Dei fauor quibus acquiritur.
Qui semper cupiunt gratum sibi numen adesse:
Tum uerbis/tum re/gratificentur ei.
❡Quis bonus?
Qui nulli noceat:prosit cuicunq; ualebit:
Ille bonus:similis dicitur ille dei:
❡Mensæ Oratio.
Omnibus/& Mensæ passim benedicat iesus:
Officiat nulli uictus:ubiq; iuuet.
Edendi modus.
E/mensa nunq̄ pleno iam uentre recedas:
Nec saties unq̄ sæpe bibendo sitim.
Casei qualitas.
Caseus ipse recens salis expers/uiscera soluit:
Cum sale constipat:ni tibi rarus erit.
❡Discendi modus.
Quilibet assiduus tantum ualet esse peritus:
Qui fieri doctus diligit:usq; legat.
Tria doctum faciunt.
Ingenium/Doctor/Studium simul esto uolenti
Discere:siqua deest portio:nulla iuuat.
❡Charta Bibula.
Pagina:quæ fuerit pannis subiecta lauatis:
Si cinerum lympha tangitur:atra bibet.
❡Audendum esse.
Fert Alcibiades.Timidus neq; uiuere mallem:
Vellitur a minima sæpe Cuculus aui.
❡Olei Maculæ.
Veruecum maculas olei fel/siue bouillum
Abstergit:tepida si reluentur aqua.
❡Lumbrici
Semine lumbricos occidis brassica poto
Cum lympha:expertus ter/quater/ipse fui.

¶Scabies

Sulphura uiua terens/oleum miscendo/lauata
Cum Terebinthina:ter scabiosa line.

¶Cimicum fuga.

Felle Boum lectica/simul spargatur aceto:
Cimice uix unq̄ læserit illa putri.

¶In Ingratum.

Lugeat ingratus:doleat:crucietur:abundet
Iugiter aduersis:nocte dieq; fleat.

¶In ingratum.

Q uælibet ingrato uertatur gratia facti:
Q ualiter Aiaci munera Priamidæ.

¶In ingratum

Deterius nihil est:grauius nihil inuenietur
Ingrato:pereat fulmine tale genus.

¶In Detractorem.

Das alii crimen:quo tu scelerate refulges:
En Polemo Curium/Fabritiumq; notat.

¶In Diabolon.

Detrahis inuidia turpissime te meliori:
Crimina quæ solitus:quenq; solere putas.

¶In Calumniatorem.

Vera canis:tamen hæc/tamen iis peiora suetus:
Vera refers:quid tu uel grauiora facis?

¶Malignus sibi quenq; assimulat.

Esse sui similem fingit quemcunq; malignus:
Assimulat cunctos moribus ille suis.

¶Talis Sermo:qualis mens/& uita.

Impurus sermo:non puri pectoris index:
Q ualis enim quisq; est:talia dicit/agit.

¶In Rabidum.

Iam mihi lustra decē: nec mi bonus obtigit ullus:
Ni tu:qui passim carpere quenq; soles.

¶Bonus unicus.

Nemo bonus:mentitur enim qui dixerit istuc:
Arguit hic alios:ni bonus:argueret?

¶Ad.D. Venturã Benassai Senensez
Epũz Massanũ: & sacri fisci quæstorez

Et genus/ & uirtus/ facundia/ mentis acumen/
Exhibuere tibi/ quicquid honoris adest.
His siquidem meritis non est te charior ullus
Pontifici: assistis nocte dieqꝫ sibi.
Hinc fisci quæstor: Massæ quoqꝫ præsul haberis:
Nec tibi defuerit luteus ille Cyclos.

¶De Paschale Tertio ilcino
.F.Card.Sen.Secretario.

Qui tibi constantem/ uel fidum quæris amicum:
Credere cui tuto mystica sæpe queas.
Paschalem ilcinum cunctis præponito fidis:
Alter enim Damon/ Hirtacides ue tibi.

¶Ad musarum cultorem.

Grammaticus: Rhetor: musarum cultor: ubiqꝫ
Spernitur: o/ demens quid petis ista tibi?

¶Fortunæ improbitas

Insontem fortuna premit: Sontesqꝫ tuetur:
Officit alterius causa pudenda mihi

¶Plæbis Natura.

Dedita telluri plæbes/ pecuare suillum/
Stulta cohors/ odit pectora culta uirum.

¶Ant.Mancinelli Aetas.MDII.

Quinquaginta mihi Lachesis iaz contulit annos:
Conferet ulterius/ Calliopea notet.

¶Eiusdem Epit.

Si Mancinellus iacet hac Antonius urna:
Morte caret: legitur nomen ubiqꝫ suum.

¶Liber ad lectorem.

Si placeo/ relegas: offendens mittar eodem
Vnde mihi gressus: Pyr ue sit alter herus.

¶Impressuz Romæ in cãpo Flo-
ræ per Egregium Viꝝ.d.Eucha-
rium Silber alias Franck. Anno
MDIII.DIE .XX.IVLII.

